103. Jani bicipitis est imago, inornata. Hinc inde. I — X.

In altera.

Navis bellica rostrata ad dextram remis impellitur. Remigibus imperat, ad gubernaculum stans nauarchus. Superscriptio. C. FONT. infrà. ROMA. Nummus hic argenteus domi meæ visitur.

In una parte.

104. Janus geminus barbatus, laureatus, impressus est. Inscriptionis parum supereſt . . . . M. F.

In altera.

Trophæum ingens constitutum est, medio loco inter aras duas positum. post quas sativæ sunt lauri.

cò accedens Bellona dea galeata è sinistris lauri ramum addit. Post deam legitur. IMP. Nummū hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

105. Janus Geminus, seu bifrons effigiatur, quicquid orientis est & Occidentis respectans. sine epigraphe.

In altera.

Rostrum nauis in profluuio Tyberis, sinistrorsum labitur. Huius apud paraſemonem est character. W. infrà. ROMA. Nummum hunc æneum rarumq; mihi familiaris meus D. Gulielmus Caulius commóstrauit Romæ Lugduni.

In una parte.

106. Janus Geminus laureatq uidetur, iuuenis. inscriptio. IANVS.

In altera.

Lupam ad ripam Tyberis gemellos lactentem, Acca Laurentia Faustuli uxor, tunicata, forte fortuna accurrens, abigere uelle uidetur, indignum iudicans, ex commiseratione, fœtus generosos, cliis pares uultibq ferino lacte nutriti. Post lupam ficus est ruminalis. Inscriptio. SEX. POMPEIVS R. infrà. ROMA. Hunc nummum argenteum memini me uidisse Lugduni apud quendam Gallum.

In una parte.

107. Jani bifrontis effigies cernitur, ut sæpè iuniov. hinc. I. inde. Stella.

In altera.

Corona.

Corona ciuica, inq̃ illa nauis prætoria, ad bellum instructa, contectaq̃, ad læuam adacta. acrostolijs, ac parasemone ornata, & oculo. Parasemon tygrinum habet caput. Gubernaculo adsidet proreta. Suprà legitur. Q. LVTATI. Q. In latere fulmen est Jouis. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

108. Janus geminus laureatus uidetur, iuuenili aspectu. Sine inscriptione ulla.

In altera.

Juppiter ad pubem nudus, quadriga sinistrosũ currit celerrimè, una manu fulmen eiaculans, altera sceptrum. in cuius summitate est globus. Curri summa in sponda aduolitans Victoria, deo minor aurigæ facit officium. infrà. ROMA. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

109. Janus geminus uidetur, iuuenili aspectu. Inscriptio. IANVS.

In altera.

Saturnus ad pubem nudus, in cymba dextrorsum̀ nauigat, eleuata in cœlum dextra falcem tenens. Stella suprà eum collucet. Nummum hunc argenteum domi meæ habeo.

In una parte.

110. Janus bifrons uidetur, barbatq. absq̃ nonis Epigraphe.

In altera.

Eques.

Eques nudus galeatus sinistrosum tendit. Id animaduerti rudia & stupendia ferè hic esse antiquitatis signa: gemmea sunt omnia, ut aures, & cauda equi, ungulæ trifolijs similes. pedesq; eqtis Inscriptio nulla, præterq; quòd ante equi pectus adparet patina. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud Pyrrhum Aluysium Manlilius Romanum.

NVMMI.

NVMMI CONSVLARES.

seu Denarij ex Argento.

In una parte.

III. Signa religionis impreßa sunt trulla & lituus. Subscriptio. LENTVLVS SPINT.

In altera.

Signa itidem sunt religionis. Securis, sympullium, & culter. infrà. BRVTVS. Argenteus hic nummus mihi uisus est apud D. Bilibaldum Incuriam Norimbergæ.

In una parte.

IIII. Roma uidetur galeam cristatam capite gerens, lævua facie, monili ornata aureo. ad cervicem è monetarij signum Stellæ simile. Inscriptio. M. ACILVS M. F.

In altera.

Curru in alto, Victorijs sculpto, quadrijugorum equorum Victor invehitur Marti similis Deo, nudus, una manu tenens sceptrum, altera Trophæum, ex hoste captum. infrà. ROMA. Argenteus hic nummus mihi visus est Norimbergæ apud D. Bilibaldum Incuriam.

In una parte.

V. Apollinis videtur laureati effigies, adolescentis adhuc, imberbis, ad lævam intuentis. ad cuius cervicè est lituus. Subter mentum asteriscus à monetario incisus.

In altera.

Pugna.

Pugna equestris proponitur. Peltatam Amazona ex equo pugnantem, iam in fugam coactam, pone sequens, Romanus eques, leuibus indutus armis galea, paludamento, clypeo & hasta, procumbentem cum exanimi equo trajicit. Militis in clypeo videtur character. M. in bellatricis pelta nihil est nisi globulorum seu clauorum agmen. infrà. C. SERVEIL. Argenteum hunc nummum mihi Bilibaldus Incuria commonstrauit Norimbergæ.

In una parte.

114. Cephalicon muliebre cernitur, læuo obtutu, crine modicè conuoluto, flocci ad similitudinem, ac in collum dependulo. Pietatis imaginem reor, quia ciconia monetarius subter deæ mentum impressit.

In altera.

Laurea corona est. in ea media in basim posita sunt Irulla & Lituus, religionis signa. in anteriori eius facie legitur. IMPER. Nummum hunc argteum habet Romæ D. Antonius Augustinus

In una parte.

115. Roma occurrit galeata, læua facie. ad ceruicem legitur. ROMA. Subter mentum. X.

In altera.

Columnæ altæ, cochleari statua Aug. imposita est aurea, Marti similis: quo loci sacra illi à populo fiebant, donec tandem templum meruit. Hinc inde Sacrifici stant pratextati, hic apertis ambabus sacra uerba decleans, alter tenens Lituum. In solo basis spicæ triticeæ & boues hinc inde eubant. Suprà. C. XVI. Nummu hunc argteum habet Romæ D. Ant.ius Augustinus.

In una.

In una parte.

116. Vesta dea obuelata caput, dextro uultu. ad cuius cerui-
cem est sympullum. Inscriptio. nulla.

In altera.

Sacrificus stat prætextatus, manu dextra patinam
aueam in aram demittens, altera ad latus abdita.
Inscriptio. LONGIN. III V. Nummum hunc argteum
memini me uidisse Romæ apud D. Anton. Aug. num.

In una parte.

117. Diana uenatrix cernitur, capillo ad synciput in fas-
ciculum colligato, tunicata. Retro cuius humeros
pharetra & arcus adparent. Supra frontem mone-
tarius ceruinum caput incudit.

In altera.

Sabinus ad aram stans accensam, prætexta candida
amictus, sacrum facit. Bos enim è dextra parte
adest deæ deuotus. Inscriptio. A. POSTVM. A. F. SABIN.
Nummum eum argenteum memini me uidisse Au-
gustæ Vindelicorum apud D. Joem Jacobum Fuccherii.

In una parte.

118. Cephalicon uideo uirile, laureatum, læuo obtutu, in-
uentam adhuc præferens. Inscriptio. SER. SVS.

In altera.

Trophæum est, è nauali uictoria collectum. Conto
alto antennæ, ac uelum suffixum. inde clauus, atq;
anchora pendent. inde sunt acrostolia, unci, troch-
leæ, parasemon. in imo est inuersum rostrum. Adde
captiuos, uirum, fœminamq; fortunæ suæ acerbitate
attonitos. Inscriptio nulla. Nummú hunc argteum
uidi Norimbergæ apud D. Bilibaldum Incuream.

In una.

In una parte.

119. Apollo cernitur laureatus, læuo ore. ad ceruicem. NERVA.

In altera.

Eques animosus Imp. armatus, paludatusq̃, læua uia citato cursu deuolans, prostratum barbarum, ab humo subducere sese nitentem, obterit. Inscriptio. IIIVIR. A. LICIN. Nummus hic argenteus mihi uisus est Norimbergæ apud D. Bilibaldum Incuriam.

In una parte.

120. Roma galeata uidetur, læua facie. in galea duæ sunt stellæ. Subter mentum deæ. . . R. CC.

In altera.

Corona querna cernitur. in qua nauis est rostrata hepteris, ad læuam tendens. ad clauum desidet nauarchus. Summo in parasemone galea est defixa cristata, ad horrorem hosti incutiendum. Superscriptio. Q. LVFATI. Q. Nummus hic argenteus domi meæ est.

In una parte.

121. Roma uidetur galeata, læuo obtutu; subter cuius collum est signum. X. ad ceruicem uictoria p̃miatrix constituta est, lauream dominæ imponens.

In altera.

Equites duo armati, paludati, galeratiq̃, citatißimis equis, libratis hastis ad læuam uiam erumpunt. uelut in hostem. Sub equorum pedibus legitur. C. ER. LVC. inferius. ROMA. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Ant. Aug.num.

In una parte.

122. Roma ocurrit, eodem ornatu, & aspectu, quo suprà sæpè depicta est. à ceruice signum est. X.

In altera.

57.

In altera.

Castor & Pollux gemelli, loricati, paludatiq; citissimè ad lœuam uiam decurrunt, dextris hastas librantes, perindè ac in obuium hostem irruant. Supra amborum uertices stellæ singulæ adparent. infrà. C. N. ROMA. Argenteum eum nummum uidi Romæ apud D. Anton. Augustinum.

In una parte.

123. Roma depingitur pari ornamento, ac eodem uultu, quo sæpè occurrit anteà. Sub mento eius est. X. à ceruice. SARN.

In altera.

Equites duos reperi celeriter ad lœuum ôter transuolantes, armis paribus, ac paludamentis insignes, galeatiq;, librantes dextris pares hastas in aduersarios occurrentes, aduersa ex parte obuios. infrà. M. VIL. ROMA. Nummum hunc argenteum me uidisse recordor Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

124. Romæ eadem effigies habetur, quali forma sæpè anteà à nobis depicta est. à ceruice uidetur signum X.

In altera.

Equites bini pari animo, paribus armis, ac paludamentis spectabiles, dextris hastas librantes in occursurum hostem, ad lœuam decurrunt semitam. Sub equorum pedibus Cornucopiæ adparet. infrà. ROMA. Argenteum hunc nummum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

Roma.

125. Roma cernitur galeata, læuo obtutu, capillo in collum prominulo. à ceruice. TRIO.

In altera.

Equites duos reperio armis pretiosissimis colluccentes, galeatos, ac paludatos, alacribus animis, uibrantes singuli hastas, intrepidè in hostes incurrentes lævaviæ. infrà. CN. LVC. ROMA. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

126. Roma iterum uidetur armata crestata galeæ, ore lævo. à cuius sinciput legitur. CÆSTIAN.

In altera.

Equestris concertatio repræsentatur. Decurrunt in lævam partem equites duo armati, ac paludati, galeatiq; : dextris hastas habentes uibratiles, non aliter quam hosti occurrentes. infra equos leo minor eodem transcurrit. infrà. ROMA. Argenteus hic nummus mihi visus est Romæ in ædibus D. Achillis Maphæi.

In una parte.

127. Cephalicas icones duas contiguas ostendi, insignitas diadematis, ad lævam obtuentes, barbatas: absq; nominum monumentis.

In altera.

Equestres statuæ binæ, ad lævam, quam possunt citissimis equis decurrentes, nociferantes altè iactatis in cælum dextris, iubilantesq;, io, io. Sub equor unguibus posterioribus aquarum fluxus adpæret, ac si flumen illi traijcerent. Nummum hunc argeus uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una.

59.

In una parte.

128. Roma uidetur galeam cristatam gerens capite, læuo obtutu. à cuius ceruice est perpendicularis claua.

In altera.

Equus generosus, è carcere missus, citissimè ad lævam uiam transcurrit. Supra eum clava cernitur. infrà. ROMA. Nummus hic argenteus mihi uisus est Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

129. Cephalica duo impressa sunt, regia profectò, quorum in verticibus sunt diademata, contigua sibimuicem, ad lævam versa, barbata ambo. Literæ nullæ.

In altera.

Equites duo iubilum clamantes, ob partam victoriâ, sublatis altè dextris, citatis acriter equis sinistrorsum devolant. inferiùs. VII. CENSOR. Nummum eu argenteum mihi commonstravit Romæ D. Antonio Augustinus.

In una parte.

130. Hercules depingitur laurea coronatus, dextrorsum obtuens, leonina pelle humeris tectus, è quibus dei asurgit clavæ. Inscriptio desideratur.

In altera.

Equestris Statua, in lata basi collocata, ad dextram partem inclinatior, uidetur. Sub equis (quor alter victor equitat, alterum loro retinet.) mus cernitur. in extremo basis margine. Supra. B. Nummus hic argenteus mihi uisus est Romæ apud D. Achillé Maphæum.

In una.

In una parte.

131. Roma effigiuratur galea cristata alataq; ornata, læuo obtutu, ac torque aureo spectabilis. à cervice est. *

In altera.

Eques Marti similis gestu & armis, librata hasta, velut in hostem decurrit. læua via. Subscriptio. Q. PAEPV. ROMA. Argenteum hunc nummum vidi Romæ in ædibus D. Antonij Augustini.

In una parte.

132. Roma galeata repræsentata est, læua facie, præstantissima forma. sine inscriptione.

In altera.

Neptunus seminudus, marinos suos equos tridente, quem dextra tenet manu, sinistrorsum adigit, læua habenas moderans. Ante frontem Dei est sydus lucidum. infrà. Q. CREPER. Nummum hunc argenteum vidi apud D. Gulielmum Caulium Lugduni.

In una parte.

133. Roma occurrit, galea, torque ornata, ut aliàs illam effigiauimus. à cervice est asteriscus.

In altera.

Victoria sinistro itinere decurrit citissimè, in iugi biga, una tenens lora equorum, altera lauri ramu. infrà. C. CATO. ROMA. Nummus hic argenteus mihi Romæ est visus apud D. Antonium Aug.num.

In una parte.

134. Romæ decor idem, par ornatus, quem aliàs illi adscripsimus sæpissimè.

In altera.

Victoria.

Victoria auriga, in biga celeriter sinistrorsum uolitat, cursu celerrimo, ambabus manibus regens habenas equorum. infrà. C. VLCHER. Argenteum hunc nummum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

135. Roma uidetur læuo uultu, galeata, monili baccato ornata. à ceruice. F.

In altera.

Victoria in biga stans, ad læuam rapitur citissimis equis, utraq; manu lora tenens, ac regens equos. Suprà. XXVIII. infrà. D. SILANVS. ROMA. Hunc argenteum nummum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

136. Victoria uidetur, capillo conuoluto, ad calueariem conglobato, læua facie. à ceruice. S.C.

In altera.

Victoria læuum carpit iter, summa in biga insistens, altera habenas moderans equorum, altera tenes lauri ramum. infrà. T. CARIS. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

137. Roma cernitur galeam cristatam capite gerens, torque aureo insignis. ad ceruicem est. X.

In altera.

Curru triumphali alto trabeatus uidetur, una sceptrum terrens aquilatum, altera lauri ramum, ad læuam uia inuehitur, quadrijugi sunt equi. Sub illis Legitur.

L. REN. ROMA. Nummum hunc argenteum vidimo aliquando Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

138. * Cephalicam muliebrem reperio, læuo obtutu, laurea corona insignitam, cuius in contextu alæ interiunctæ circa deæ tempora conspiciuntur, capillo pendulo. A deius ceruicem tridens est, ac aries, bellicum instrumentum.

In altera

Victoriam cerno, in biga sinistrorsum currentem, una manu lauream porrigentem altè, altera lora retinentem, ne impares equi discurrant. Suprà. XXXXII. L. IVLI. BVRSI. Nummum hunc argteum Romæ sum conspicatus apud D. Antonium Aug. nem.

In una parte.

139. Cephalicam video virilem, laureatam, barbatá, dextro ore. Sub eius mento est litera. R.

In altera.

Triumphi specimen habetur. Curru quadrijugorum equorum alto, tunicam palmatam, togamq; pictam indutus Victor, una lauri tenens ramum, altera ferculum, deuictarum urbium in quo imagines sunt, ad læuam uiam inuehitur. infrà legitur. C. SCIP. ASIA. C. Nummum hunc argenteum mihi commonstrauit Romæ D. Achilles Maphæus.

In una parte.

140. Cephalicam muliebrem video, læuo obtutu, capillo pexo, inauri, ac torque ornatissimam. ad ceruice adparet. S.C.

In altera.

In altera.

Victor alto in curru stans triumphali habitu, à quatuor equis læua uia trahitur: quos ipse loro cohibet, una, altera sceptrum habet aquilare. Suprà. CXXXVIII. infrà. C. NÆ. BAB. Nummum hunc argenteū Romæ in manibus habui apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

141. *Cephalicon muliebre, læuo ore, laureo serto, & alis temporalibus decoratum, quale antè descripsimus, occurrit, capillo pendulo. ad ceruicem sunt trīdens Neptuniq; ac aries bellica machina.

In altera.

Victoria, auriga partes agit, quadriga sinistrorsum fertur rapidissima, una manu Victori laureā porrigens, altera lora tenens equorum. infrà. Q. E. L. IVLI. BVRSI. O. Nummum hunc argenteum uidimus Augustæ Vindelicorum apud D. Joem Jacobum Tuccher.

In una parte.

142. Roma uidetur galeata, dextro uultu. sine inscriptione.

In altera.

Victoria in biga dextrorsum inuehitur, ambab. manib. equorum habenas regens. Suprà. H. infrà. COIL. CALE. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

143. Corona è baccis lauri contexta. in qua media, Lyberinus pater est depictus, læuo obtutu, laureatq; barba rigente, & capillo. à syncipite. B. infrà collum. ROMA.

In altera.

Victoria.

Victoria ad lauam uiam inuehitur citißimè, una manu lauri ramum ostentans, altera palmam, simul habenas regens equorum bijugorum. infrà. D. SILANVS C. F. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apd D. Antonium Augustinum.

In una parte.

144. Duumuiri frumentarij in sella lata sedent togati, uaria dè annona inter se disponentes, ac colloquêtes. ante hos est præfixa spica triticea. Retro hos. ROMA. infrà. F. AN. L. C. F.

In altera.

Ceres spica triticea coronata, læuo obtutu, tunicata, Ad synciput legitur. AED. PL. Nummum hunc argenteum memini me uidißе Norimbergæ apud D. Bilibaldum Jncuriam.

In una parte.

145. Regulus cernitur aperto capite, læuo obtutu. Inscriptio. L. REGVLVS PR.

In altera.

Sellæ duæ curulas affabrefactæ ponuntur: cum insignium magistratuum signis. Nam in utroq; latere stant fasces & secures. L. REGVLVS PRAEF. VRB. Nummum hunc argenteum memini me uidißе Norimbergæ apud D. Bilibaldum Jncuriam.

In una parte.

146. Romæ depingitur, Mineruæ similis, qua forma aliàs descripsimus. ad collum est asteriscus. Inscriptio. ROMA. EX. S. C.

In altera.

Equestris.

Equestris statua ad dextram citissimè præterit, armatus galea cristata, ac thorace, læua telum vibrans. Post equitem muliebris est exigua imago. Inscriptio subter equum. Q. M. SERGI. SILVS. Argenteum hunc nummum memini me vidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In vna parte.

147. Roma effigiuratur laureata, capillo in synciput conglobato, læuo obtutu. à cervice sigillum est monetarij asteriscus. Inscriptio. ROMA.

In altera.

Eques armatus, ac paludamento decoratus, modesto incessu quadam cum maiestate ad lævam equitat viam, dextra manu sceptrum tenens, in lata structura fornicata est ea statua. "Inter fornicum intervalla equalia legitur. LEP." circumscriptio." M. AEMILI. Nummum hunc argenteum memini me vidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

148. Corona laurea est impressa. ingò illæ Romæ effigies galeatæ, superioribus similis omnibus. Sub mento. X. à cervice. ROMA.

In altera.

Eques galeatus, cbarmatus probè thorace aeneo, ac clypeo, hastagò ad dextram, iam iàm in hostem impetum facturus, volat. Suprà. Q. infrà. TORQVAT. EX. S.C. Nummum hunc argenteum me vidisse recordor Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

Cephalicon.

149. Cephalicon muliebre uideo, diadematum, dextro ore, capillo in collum, ceruicemq; prominulo. à ceruice. I. L.

In altera.

Equiriorum memoria repræsentatur. Puer equo celerrimo in læuam auræ instar rapitur. infrà. C. PISO. L. F. FRV. XV. Nummum hunc argenteum uidi Romæ inter antequitates D. Antonij Aug.ni.

In una parte.

150. Cephalicam iconem uideo, laureatam, muliebrem, capillo pendulo in collum, ad læuam conuerso uultu. Sub mento est fulmen Jouis. ad ceruicem uenabulum adsparet. infrà uidetur. Q.

In altera.

Eques animosus. Ro. miles armatus, elata manu dextra telum ueluti in prostratum barbarum uibrat, eiaculaturq;. Suprà. L. XXII. infrà. P. CNEIVS. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

151. Cephalicon est uirile, capillo impexo ac barba, ad læuam prospectans. absq; inscriptione.

In altera.

Biga celeriter ad læuam uiam fertur Victor. Hostilio, trabea insignis. Post quem constitutus in extimo curri margine miles labarum protrudit. Suprà infraq;. HOSTILIVS SACER. Nummum hunc argenteum memini me in manibus habuisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

Jouis.

152. Jouis est effigies laureata, dextro uultu, barbatus. Subter collum legitur. ROMA.

In altera.

Victorem Memmium, tunica picta, palmataq; toga insignem, biga inuectum sinistrorsum, una habenas regentem, altera sceptrum tenentem, aduolans Victoria laureo donat serto. Sub equorum ungulis prioribus. E. infrà. L. MEMMI. GAL. Nummus hic argenteus mihi uisus est Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

153. Cephalicon muliebre uidetur tutulatum, læuo obtutu, torque aureo ornatum, tunicatumq;. retro ceruicē est pilei forma. Ob OS. MENSOR.

In altera.

Biga præteriens Circensi auriga, galeatus, spiculum læua tenens, dextra porrecta ab humo togatum, in currum accipere secum nititur. rapitur autem sinistrorsum. infrà. XC. L. FAB. SVL. Nummum hunc argenteum domi meæ habeo.

In una parte.

154. Junonis Sospitæ imago est, eadem, qua sæpius à me delineata est, forma: uultu læuo. ab ceruice ē. S.C.

In altera.

Juno Sospita caprinam habens pellem capite, telum dextra forti euibrans, læua clypeum habenasq; tenens equorum, biga sinistrorsum celeriter raptatur. Sup equis serpens erepit. infrà. PROCILI. P. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una.

In una parte.

155. Roma galeata est, eadem forma, qua aliàs non semel à me adumbrata est. à ceruice. X. Inscriptio. M. SCIP. IMP.

In altera.

Victoria in biga rapidissimè præteruolat sinistrorsum, una manu lauri ramum tenens, læua palmam. Sub equis est clauus. infrà. ROMA. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

156. Romæ eadem effigies est, quæ suprà sæpè est à nobis delineata: obuerso ad læuam uultu.

In altera.

Biga in sublimi, Victoriarum monumentis sculpta, Victoriam ipsam deam in læua uia obuiam habeo, una laurum, altera palmam ostentantem. Suprà. XIX. infrà. D. SILANVS D.F. Nummum hunc argteum meminì me uidisse Romæ apud D. Achill. Maphæum.

In una parte.

157. Blasius galeatus effigiatus est, Cæsari non adeò dissimilis, (Supra cuius frontem est hydus, ad ceruicem stellæ figura, monetarij signum.) læua facie. Inscriptio. CN. BLASIO CN.F.

In altera.

Iuppiter seminudus, aduersus stat, (pallium è dei tergo prolabitur in suras.) medius inter coniugem, natamq; una sceptrum tenens. suprà infraq; trinodè, læua depressiore fulmen. Sub eo est Lunæ signum. Dextra parte Iuno irradiata, stolataq;, una sceptrum gerit æquale.

æquale. In sinistris Pallas, galea, ægide, ac hasta tuta, patrem corona donat laurea. Infrà. ROMA. Nummum hunc argenteum uidi apud Carolum à Porta Lugduni.

In una parte.

158. Iuppiter diadematus, adolescens adhuc, dextro ore, obuerso dorso, in quod iniecta est pallij lacinia, uelut eiaculaturus fulmen manu (etiamsi non adpareat) librat. Ad dei sinciput adparet signum. M.

In altera.

Apollo, & Bacchus ad pubem nudi in trucis sedentes, hic innixus in anguinum caput dextra. Ille in tygris sua uelut abblandiens feræ, uarijs de rebus alternatim loquuntur inter se, lævis in manibus scipiones tenent eburneos. Inter hos Palladis caput monetarius incudit. A parte læua. AR. infrà. L. CÆSI. Nummum hunc argenteum uidi Venetijs apud Ill.mum D. Patriarcham Aquilegiensem.

In una parte.

159. Ædiles pl. duo togati in subsellijs constituti, de re frumentaria quæstiones uicissim ferunt. A dextris. PA. infrà. M. F. ANC. ME.

In altera.

Ceres Dea effigiata, coronam spiceam capite gerens, læuo obtutu. Sine nominis titulo. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Norimbergæ apud D. Joannem Candelerum.

In una parte.

160. Cephalicon uidetur muliebre, læuo obtutu, mundooni muliebri

muliebri ornata, capillo in nodum aureum religato. ad cervicem legitur. ROMA. Inscriptio. M. CATO PROPR.

In altera.

Victoria ad pubem nuda, in sella eburnea sedens, una manu lauream tenens coronam, læua palmã. infrà. VICTRIX. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Norimbergæ apud D. Bilibald. Pirckeriã.

In una parte.

161. Numonius Vaala uidetur aperto capite, læuo obtutu. Inscriptio. C. NVMONIVS VAALA.

In altera.

Romanæ uirtutis exemplar adumbratum est. Magni animi uir miles egregiè armatus, galea, clypeo, ac ense cinctus breui, extra aggerem collocatus, cum barbaris duobus congrediêtur. Nudi sunt illi, cetrati tantum pila torquentes. infrà. VAALA. Nummũ hunc argenteum memini me uidisse Venetijs apud Rf.mum D. Patriarchã Aquilegiensem.

In una parte.

162. Terminus Deus effigiatus, diadematus, capillo barbaq; circinnatim intortis, læuo obtutu. Inscriptio. VARRO PRO. infrà collum. Q.

In altera.

Eadem est effigies. & literæ eædem, eôdem etiam uersa. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Norimbergæ apud D. Bilibaldum Pirckeriam.

In una parte.

163. Oriens irradiatus cernitur aduersus, palliatus. sine literis.

In altera.

Nauis

Nauis contecta. in qua castrum contabulatum inædificatum cernitur, læuo mari fertur. Ea in media Pacis concordiæq; sunt simulachra, ambæ tunicatæ, patagiatæq;, ambæ dextras admouentes aris, læuis uerò lauri ramum, ac Cornucopiæ tenentes. Inscriptio. L. MVSSIDIVS LONGVS. infrà. C. LONGIN. Nummũ hunc argenteum habet in bonis suis D. Bilibald. Incuria Norimbergæ.

In una parte.

54. Termini dei effigies est, diademata, barba capilloq; in cincinnos crispato, læuo obtutu, toto humero eminens. Inscriptio. VARRO. Subter humero. Q.

In altera.

Sceptrum perelegans, affabrefactum, diuinum, & quod maiestatem quandam præseferat: medio loco positum est inter Delphinum supina cauda p̃ludentem, & aquilam eleuato pectore. infrà. MAGN. PROCOS. Nummum hunc argenteum mihi commonstrauit Norimbergæ D. Bilibaldus Incuria.

In una parte,

55. Flora Dea uidetur læua facie, frondeo, ac florũ serto coronata, ornataq; inauri præstantissima. ad cuius humeros lilium uidetur. Inscriptio. C. CLODIVS C. F.

In altera.

Vesta dea in sella eburnea sedet, ad dextram conuersa, prætextam sacram induta, ricaq; capite obuelata, una tenens manu sympunium, altera in gremiũ demissa. Inscriptio. VESTALIS. Nummus hic argenteus mihi uisus est Norimbergæ apud D. Bilibaldum Incuriam.

In una.

In una parte.

166 Roma uidetur galeata, læuo aspectu, loricata. à cuius ceruice clypeus adparet. DOS. ad sinciput uidetur. DOS.

In altera.

Quadriga ad læuam rotatur uiam. Summo in curru in quadriga minore Victoriola cernitur, equos flagello adigens. Ex eorum genere currus est, qui circensibus Ludicris adhibebantur. Inscriptio nulla. Nummu hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

167. Romæ est impressa imago, qualis sæpè aliàs reperitur. à ceruice legitur. Q. NE. F. Sub mento. ✳.

In altera.

Iuppiter togatus in quadriga uehitur sinistra uia, una habens sceptrum, altera fulmen. infrà. ROMA. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

168. Cephalicon uideo muliebre, læuo uultu, laureatum, cuius à tergo uidetur pileus. absq; inscriptione ulla.

In altera.

Equites duo pari cursu, cum iubilo ad dextram uiam obequitant, pacis nuncij. infrà. SVESANO. Nummu eum argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

169. Coelius Caldus occurrit Læuo ore, aperto capite. ad cuius ceruicem impressum est Veruti ferrum acutum, ob os sceptrum. Inscriptio. C. COEL. CALDVS.

In altera.

In altera.

Monumentum habetur latum, amplißimumq̃. Aræ nauis impoſita in qua Victoria graditur, palmam humero portans. Lateribus duo Trophæa, opimaq̃ ſpolia in contis præfixa operi decorem addunt. In facie anteriori ſtructuræ legitur. C. CALDVS VIR. EI. infrà. CALDVS IIIVIR. A dextra ſiniſtraq̃ legitur. IMP. A. X. C. CALDVS. ita tamen ut unus in alterum character ſit poſitus alius alio altior. Hunc numum argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

170. *Cephalicon uidetur, Iouis ſimile, barbatum, laureatu, ſiniſtrorſumq̃ obtuens. Inſcriptio nulla.*

In altera.

Minerua ſtat galea criſtata, atq̃ ægide munita, una manu ſummam haſtam tenens, altera Victoriolam præmiatricem, ad læuum latus deæ ſcutũ ingens conſtitutum. Inſcriptio. C. VIBIVS. VARVS. Nummũ hunc argenteum uidi Norimbergæ apud D. Bilibald. Incuriam.

In una parte.

171. *Roma uidetur galeam creſtatam induta, læuo obtutu, tunicata. Inſcriptio. Q. FONTEIVS CAPITO IIIVIR.*

In altera.

Eques armatus, thoracatus, paludatus, ad læuã uiã obequitans, librata fortiter haſta, humi proſtratos barbaros confodit. Inſcriptio. M. FON. TR. MIL. Huc nummum argenteum domi meæ habeo.

In una.

In una parte.

172. Neptunus uidetur laureatus, læua facie, barbatus, ad cuius ceruicem est tridens.

In altera.

Puer nudus in Delphine equitat sinistrorsum. infrà. LVCRETI. TRIO. Nummum hunc argenteum me uidisse memini apud D. Antonium Augustinú Romæ.

In una parte.

173. Cephalicam muliebrem uideo, tutulo, laureaq; insignem corona, inauri ac torque spectabilem aureo. ad ceruicem sunt literæ. S.C.

In altera.

Equum ferocientem dextrorsum excursurum loro retinet armatus Imp. thorace, ac paludamento, hasta præterea munitus acuta. Inscriptio. P. CRASSVS M.F. Argenteus hic nummus mihi usus est Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

174. Romam uideo galea cristata ornatam, læuo ore. Sub cuius mento est asteriscus. ad synciput est. EX.S.C.

In altera.

Corona laurea. in qua puer adhuc Ioppiter, breui armatus hasta, ad læuam uiam decurrit, equitans in Amalthæa capra. Sub fera utero. CETEGVS. Inferiùs. ROMA. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

175. Cephalicon est muliebre, laureatum, læuo obtutu oris. Inscriptio. M. FONTE. C. F.

In altera.

In altera.

Corona triumphalis impreßa eſt. in qua capram uideo Iouis alumni pueri uectricem ſiniſtrorſum. In ſuperiori coronæ combinatura galeri ſunt aſpenſi caſtoris & Pollucis. infrà. eſt fulmen dei. Nummũ hunc argenteum memini me uidiſſe Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

176. Cephalicon cernitur muliebre diadematum, læuo uultu, capillo in collum depenſili. ad ſynciput ſceptrum eſt liliatum. Inſcriptio. ACISCVLVS.

In altera.

Curopam uidem, flameum longißimum, quod aura ſurſum leues attollunt in ſemicirculum, ambabus manibus in extremitatibus continentem, Taurus celeriter ſiniſtrorſum uectat. Infrà. L. VALERI. Hunc nummum argenteum memini me uidiſſe Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

177. Ceres dea depingitur, læua facie, ternis ſpicis triticeis coronata, capillo leuiter peco. Inſcriptio. C. MAEI. C.F. CAPITO.

In altera.

Coloniæ deductæ typus. Duumuir paſtoris habitu, tunica breui indutus, par boum iugatorum ſtimulo dextrorſum adigit. Suprà. XXII. Nummũ hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

178. Ceres dea effigiata est dextro uultu, corona spicea coronata, capillo cincinnato. Inscriptio. CÆI. CIN. F.

In altera.

Par boum subiugorum superuolitare uidentur iubilantes Victoriolæ, sublatis in altum dextris. infrà. L. CASSI. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

179. Diana uidetur galeam cristatam gerens capite, læuo uultu, capillo in collum prominulo, tunicata, post cuius humerum pharetra adparet, atq; arcus. Summa in fronte parua cornua. Inscriptio. CESTINVS.

In altera

Aquila in fulmine stat, explicatis alis, sublato ad dextram rostro. Inscriptio. M. PLÆTORIVS. M. F. AED. CVR. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

180. Aquila uidetur expansis alis euolaturæ similis: absq; literis.

In altera.

Chymera dextrorsum tendit. Id monstrum sæpius in nummismatis obuium fit. Est autem leonina forma, cuius è tergo anguis excrescit. Nummus hic argenteus mihi uisus est Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

181. Aphrica delineatur capillo leuiter conuoluto, læuo obtutu, diademate reuincta regio. Ob cuius os est ciconia auis.

In altera.

In altera.

Elephas ad dextram uiam nititur, demissa promuscide. infrà. Q.C.M.P.L. Nummum hunc argenteum domi meæ habeo.

In una parte.

182. Cephalicon uideo muliebre, sæuo obtutu, diademate cinctum, coma pendula per collum, torque ornatu aurato. Inscriptio. CN. PLAVCIVS AED.CVR.S.C.

In altera.

Pharetra arcusq; stant erecta. ricae capra ad lævâ uiam it. Inscriptio nulla. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Aug.^num.

In una parte.

183. Restionis impressa est effigies, aperto capite, sæuo aspectu. ad ceruicem est Inscriptio. RESTIO.

In altera.

Herculi, Martiq; similis centurio nudus stat, ad lævâ uiam nitens, dextra manu clauam librans, sinistra trophæum. Inscriptio. C. ANTIVS C.F. Nummum hunc argenteum uidi apud D. Antonium Aug.^num Romæ.

In una parte.

184. Regulus cernitur lævâ facie, denudato capite. Inscriptio. REGVLVS PR.

In altera.

Sellæ curules gemina, coniunctæ sunt. Quarum lateribus uicinæ positæ sunt fasces & secures. Suprà infraq; legitur. L. LIVINEIVS REGVLVS. Nummum hunc argenteum Romæ sicum conspicatus apud D. Antonium Augustinum.

In una.

In una parte.

185. Hercules cernitur capite leoninam habens pellem, læuo obtutu. Sine ulla literarum memoria.

In altera.

Aper ad læuam currit uiam. infrà. M. VOLTEI M.F. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

186. Diana uidetur retiolo redimita aureo, capillo in caluariem reuincto, læuo obtutu, tunicata; ad cuius collum est pharetra & arcus. Inscriptio. GETA IIVIR.

In altera.

Aprum in læuam excurrentem uiam, cuius in tergo uenabulum prrfregèt ualidus uenator, canis uenaticus ad uterum moracus tenet. infrà. CN. OSIDI. C.F. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apd D. Antonium Augustinum.

In una parte.

187. Junonis Sospitæ est imago, caprinam habens pellem capite, læuo obtutu. ad cuius ceruicem è anchora impressa.

In altera.

Gryphus ad læuam uiam citissimè decurrit. infrà. P. CANI. Nummum hunc argenteum domi seruo.

In una parte.

188. Juno Sospita depingitur, læuo obtutu, pellem caprinâ gerens capite. post cuius Synciput canis subsilit ueraticus.

In altera.

In altera.

Gryphus ad læuum iter citißimè decurrit. Sub eius utero est capra, eodem cursu nitens citißimo. infrà. L. PAPI. *Nummus hic argenteus mihi usus est Romæ apud D. Achillem Maphæum.*

In una parte.

189. *Cephalicon est muliebre, lævâ facie, turrita corona coronatum, capillo ad collum dependulo. Inscriptio.* PLAVTIVS PR COS.

In altera.

Camelum ad lævam semitam incedere nitentem, geniculato crure dextro, levem pænulam indutus, qua potest manuum firmitate retinet ad lorum. Inscriptio. C. ACCILI RVFVS. *Nummum hunc argenteum memini me vidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.*

In una parte.

190. *Roma occurrit galeata, lævo obtutu. Subter mentum est asteriscus. Literæ nullæ.*

In altera.

Aries ad lævum iter spectat. infrà. RVSTI. *Numm hic argenteus mihi usus est Romæ apud D. Antoniu Augustinum.*

In una parte.

191. *Cephalicam iconem video muliebrem, capillo calamistrato, lævo obtutu. Sine inscriptione.*

In altera.

Sphynx delineata est ad lævam viam vicinior. Inscriptio. T. CARISIVS MVIN. *Nummum hunc argenteu vidi Augustæ Vindelic. apud D. Joem Jac. Fuccherum.*

In una.

In una parte.

192. Quadriga ad dextram uiam rotatur, Aurigam agit Victoria. Sub equorum unguibus est scorpio. Inscriptio. P. HYPSAE AED. CVR. infrà. CN. VI. ICO. EX. S. C. à parte læua. C. APTV.

In altera.

Camelum sinistrorsum abire nitentem, procidens in genu dextrum, læui palliolo indutus, ad loru retinet. Suprà. M. SCAVR. AED. CVR. Hinc inde. EX-S.C. infrà. REX ART. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Aug. num.

In una parte.

193. Cephalicon aideo uirile laureatum, læuo obtutu. cuius ad ceruicem floris est figura. infra collum. TRIVMPVS.

In altera

Lupa cum aquila congreditur. Imperterrita stat hæc, sublatis alis, ac rostro. Inscriptio. CELSVS IIVIR. infrà. L. PAPIVS. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

194. Roma cernitur galeata, læua facie. ad ceruicé. T AIII.

In altera.

Lupa dextrorsum it. Suprà. ROMA. infrà. P. SATRIENVS. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

195. Hercules uidetur diadematus, læuo obtutu. Subter cuius collum est clava. Inscriptio nulla.

In altera.

Lupa.

Lupa gemellos nutriens, in illos fauces obuertit, ſiniſtrorſum aliquin itura. infrà. ROMANO. Nummũ hunc argenteum Romæ ſum conſpicatus apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

196. Roma uidetur galeam criſtatam induta, læua facie, poſt cuius ceruicem eſt trulla. infrà mentũ è nota. X.

In altera.

Lupam ficu ſub ruminali ſtantem, uberibus gemellos nutrientem, accurrens Fauſtulus paſtor armatus, ut pueros feræ eripiat, occidere conatur. Inſcriptio. SEX. PO. infrà. ROMA. Nummum hunc argteũ uidi Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

197. Roma cernitur galea crẽſtata armata, ad læuam proſpectans, ad ceruicem eius monetarius ſigillum addidit quadrato ſcuto ſimile. infrà. ROMA.

In altera.

Victoria in bĩga citiſſimè ad læuam ſemitã præterit, una manu lora moderans equorum, altera tenens Lauream. Subter curru faſces & ſecures conſtituuntur. Subſcriptio. M. MR. M. F. Nummum eũ argenteum uidi Auguſtæ Vindelicorum apud D. Antonium Auguſtinum Joannem Jacobũ Fuccherũ.

In una parte.

198. Roma occurrit crẽſtatam habens capite galeam, læuo ore. ad ceruicem eius eſt denarij nota. *.

In altera.

Eques armatus probè, galeatus, thoracatus, paludatq;

haſtam

hastam dextra librans manu, ad sinistram uiam in expeditionem properat. Infrà. Q. PILIPVS. ROMA. Nummus hic argenteus à me conspectus Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobū Fuccherū.

In una parte.

199. Pietas Dea effigiatur tutulata, capillo modicè contorto, læuo obtutu. ad ceruicem deæ lego. PIETAS. Subter mento. erat nota. O.

In altera.

Humanæ pietatis, ac gratiæ exemplum proponitur. Herennius enim sublatum humeris, è constratorum suorum aceruo, repertum ex interioribus unum, ne id ignominiæ Romano inferatur nomini, accedatq; cadauer barbararum gloriæ: asportat fortiterq;. Inscriptio. M. HERENNI. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Aug^num.

In una parte.

200. Apollo uidetur laureatus, læuo ore. Inscriptio. L. METEL. A. ALB. S. F.

In altera.

Romam dominam in Panoplia sedentem, tunicâ ac patagiū indutam, hastaq; munitam, accedens Victoria à tergo corona donat laurea, læua tenēs palmam. Inscriptio. C. MAL. infrà. ROMA. Hunc nummum argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

201. Cephalicon uideo uirile, senili aspectu, læuo, barba densa. ad cuius synciput sunt literæ. Q. S. C.

In altera.

In altera.

Iouem togatum aduerso in nos uultu, sedentem in sella eburnea, una manu cornucopiæ tenentem, altera in gremium deposita: Victoriõ aduolans laurea dextat corona. Inscriptio nulla. Nummũ hunc argenteum uidi Romæ apud Achillem Maphæũ.

In una parte.

202. Libertas effigiatur, laureata, læua facie, monili baccato adornata. Inscriptio. LIBERTATI.

In altera.

Romam uictricem, triumphatricemq; galeatam, armatamq;, in aceruo armorum alto sedentem, una tenentem hastam, altera paratonium, aduolans è diuerso cælo Victoria laureo serto donat. Pede læuo calcat illa globum, nauarchiæ figuram. Inscriptiõ. L. PANSA L.F.L.N. Nummus argenteus hic mihi uisus est Romæ apud D. Achill. Maphæũ.

In una parte.

203. Roma incedẽs galeata, læuo uultu, monili pretioso ornata, ac affabrefacta galea. ad cuius ceruicem est signum. x. infrà collum. ROMA.

In altera.

Roma seminuda in hostilibus spolijs per aceruum reiectis, sedet, magna animo cogitans de Imperio toto orbe propagandõ, dextra in femur incũbente, læua sceptrum demittens. Ad dominam, magni augurium regiminis futuri, bona aues duæ aduolant Aquilæ. ad læuum pedem Lupa stat, gemellor nutrix. Literæ nullæ. Nummum hunc argteum memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæũ.

In una.

In una parte.

204. Cephalicon reperi uirile, sinistrorsum conuersum, donatum corona laurea, barbatum. Cuius subter collo marinæ bellue maxilla uidetur. Inscriptio. PISO CREPI.

In altera.

Ædilitia dignitate honorati duo togati, in sellis curulibus sedentes, de annona foris aduecta, laborante penuria urbe, rationarium negociorum inter se transigentes, uaria loquuntur. Quorum alter dextra spicas tenet, alter post se defixas habet humi. infrà. rei gestæ memoria legitur. AD. FRVM. EM. EX. S.C. Nummum hunc argenteũ memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Aug.num.

In una parte.

205. Flora dea depingitur, præstantissimo uultu, ad lauã conuerso, corona suaueolente, ob odorem insertorum florum, coronata, capillo uario artificio compto, inauri, ac torque decorata aureo. ad dex sinciput est litus. Inscriptio. FLORA. PRIMVS.

In altera.

Concordia, & fœdus quoddam militare cernitur. Conueniunt inter se armati duo principes militiæ, uiri, galeati, thoracibus æneis inducti, paraZonijs cincti, clypeis muniti, dextras proximè iungentes, pugiones fidei adiuratæ testes, pari opera & studio sustollunt, ac commonstrant, in se illos usurpari compræcantes, si secus, quam obtestarentur ab altero utrouis gereretur. Inscriptio. C. SERVEIL. C.F. Nummum eum argenteum uidimus aliquando Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una.

In una parte.

206. *Vesta dea uidetur, obuelata capite, læuo ore. sine nominis Epigraphe.*

In altera.

Diana uidetur uenatrix, aduersa in obtuentem, ad pubem tenus mulier, inde in terminum desinit squamatum, capite coronam gerit spiceam, manu dextra præterlabentem ceruum cornu arripit, læua tenet Venabulum. Inscriptio. L. HOSTILIVS SACERNA. Nummus hic argenteus mihi uisus est Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

207. *Joonem cephalicam uideo, senilemq̃, læuo obtutu, barbatam, summa in fronte alas geminas ad interstitium præferentem. Inscriptio nulla. Bellerophontæ aut Mercurium dixerim.*

In altera.

Pegasus in lævum cælum subuolat. infrà. Q. PAPI. Nummum hunc argenteum domui meæ seruo.

In una parte.

208. *Victoria effigiatur, capillo in caluarie in nodum reuincto, facie læua. Inscriptio nulla.*

In altera.

Pegasus citissimè sinistrorsum deuolat. Sub equi utero. Q. TIT. Nummum eum argenteum mihi Romæ commonstrauit D. Antonius Augustinus.

In una parte.

209. *Junonis Sospitæ imago, caprinam ferens pellé capite, læuo uultu. à syncipite legi. I. S. M. R.*

In altera.

In altera.

Taurus celerrimè indomitus ad læuam subsilit, decurritq; uiam. Supra feram. P. infrà. L. THORIVS BALBVS. Cum nummum argenteum domi meæ habeo.

In una parte.

210. Blasius cernitur galeatus, læuo obtutu, quo modo aliàs delineauimus. Supra frontem est stella, ad cervicem spica. Inscriptio. CN. BLASIO CN. F.

In altera.

Iuppiter inter natam, ac coniugem, quemadmodum antè descripsimus, reperitur, ijsdem omninò gestibq. Pro Luna tamen, quæ inter Iouis, Palladisq; crura reperiretur, hic est oleagineus ramulus. Deaq; caduceum fert læua manu. infrà. NO. & indè subsculptus est Pegasus, ad dextram deuolitans. Numus hunc argenteum habet in bonis suis D. Gulielmus Caulius Lugduni.

In una parte.

211. Corona è lauri baccis contecta, cernitur. in qua Salutis est imago, ad læuam obtuentis, capillo inuoluto leuiter, tutulo ornata. Subter collum legitur. SALVS P.

In altera.

Victoria in biga stans, sinistrorsum citissimè currit, una soutticam tenens adigendis feris, altera habenas regens. Sub equis locustæ campestres adparent. infrà. D. SILANVS L. F. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una.

In una parte.

212. Cephalicon muliebre reperio, laureatum, læuo obtutu, capillo astricto. sine nominis Epigraphe.

In altera.

Victoriæ eadem decursio & gestus, ut sæpè in alijs Bigatis, iam centies descripsimus ferè. infrà. T. CAR. Nummus hic argenteus mihi visus est Romæ apd Achillem Maphæum.

In una parte.

213. Roma cernitur galeam crista tam, alatamq; inducta, læuo obtutu. ad ceruicem Lego. FLAC.

In altera.

Victoria præmiatrix biga ad læuam rapitur citissiè, una lauream porrigens, altera lora modò laxans, modò arctans. infrà. NVTILI. Nummum eiũ argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæũ.

In una parte.

214. Romæ ornatus idem, eadem forma, qua sæpè antè est delineata. à ceruice. Q.

In altera.

Victoria auriga officio fungitur, ad læuam tendens uiam, una flagellum agigendis tenens equis, altera habenas cohibendis. Litera erosæ. Nummum eiũ argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Aug. num.

In una parte.

215. Orientis irradiatus cernitur, læuo obtutu. ad ceruicem legitur. ACISCVLVS.

In altera.

Victoria.

Victoria, bigaq3, ut suprà sæpissimè, occurrunt, Eodem nititur, flagellum una gerens manu. infrà. L. VALERIVS. Nummum hunc argenteum Romæ apud D. Antonium Augustinum sum conspicatus.

In una parte.

216. Roma habetur galeata, læuo aspectu. ad synciput est asteriscus.

In altera.

Triumphi Lybici forma quædam est. Victorem trabeatum, una sceptrum habentem aquilare, altera regentem equos quadrijugos, ad lævam inuectum, propter adstans Victoria præmiatrix laurea donat corona. Sub equis Elephantinum iacet caput. infrà. ROMA. Nummum hunc argenteum habet in bonis Romæ D. Achilles Maphæus.

In una parte.

217. Roma, galea permunita, læuo ore, obuerso nudo pectore toto, habetur. Ob os. X.

In altera.

Victoriam reperio, præmium glorioso militi dantem, è biga, quæ sinistrorsum currit, laureum sertum. infrà. CN. LENTVL. Nummi huius argentei copiam mihi fecit D. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

218. Romæ eandem imaginem, quæ in alijs bigatis obuia ferè est, reperio, nisi quòd os ad dextram inuertat, tunicata. à ceruice legitur. P. SERVILI.

In altera.

Victoria.

Victoria dea ad læuam uiam incedit citissimè, una manu lauri, palmæq; ramum tenens. Subscriptio. P. SERVILI. M.F. Nummum hunc argenteum Romæ apud D. Achillem Maphæum sum conspicatus.

In una parte.

219. Oriens irradiatus, sinistrorsum aspicit. Sub eiꝰ mento X.

In altera.

Victoria eadem, quæ alias sæpè, tantummodo aurigã agens. Circum quam Luna & quaterna fulgent sydera. infrà. M. AQVIL. ROMA. Nummũ hunc argenteum uidimus Romæ apud D. Anton. Aug.num.

In una parte.

220. Cephalicon est muliebre, turrita ornatum corona, simul obuelatum. ad synciput. EX. APV.

In altera.

Victoria læuam in semitam currit, è biga laureã coronam porrigens, altera habenas retinens. infrà. Ciconia stat. inferius. C. FABI. C.F. Nummũ hunc argenteum mihi Romæ commonstrauit D. Achilles Maphæus.

In una parte.

221. Cælius Caldus aperto capite adparet, læua facie, cũ tali epigraphe. C. COEL. CALDVS COS. à ceruice in tabella sunt hæ literæ. L.D.

In altera.

Oriens irradiatus habetur læuo obtutu, Huius ad ceruicem clypeus est, in quo fulmen sculptũ ẽ. infrà. mentum monetarius rosam incudit. Inscriptio. C. CALDVS IIIVIR. Nummum hunc argenteũ me uidisse memini Romæ apud D. Antonium Aug.num.

In una.

G.

In una parte.

222. Cephalicon est uirile, laureatum, læua facie. subter cuius mentum est astriscus tantum.

In altera.

Equos singulos ad diuersas nitentes ire parteis, horsum, illorsumq3, iuuenes duo alter aduerso, alter auerso, oribus loris retinent, nudi ferè. Nam è tergis sola palliola præterlabuntur. Illis omninò similes profectò sunt, quos hodie, nonnihil præfractos, inmante caballo, uidemus. infrà. n. MEMM. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

223. Concordia Dea uidetur tutulata, mirè compta, læuo ore, capillo cincinnato. à tergo sunt literar, uestigia. XCVMX Δ.

In altera.

Fasces & secures primo ordine defiguntur. Victoriæ est inde imago armata, hastata, pede læuo globo calcans. Tertio loco succedit Domina Roma, quam Victoriæ duæ adulantes coronis donant Laureis. Inscriptionis minimum quid superest. CE.... Nummus hic argenteus mihi uisus est Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

224. Salus depingitur, læua facie, pampinea corona ornata, capillo in collum dependulo. à tergo. SALVTIS.

In altera.

Aphrica stolata, elephantinam gerens capite pellem, sinistrorsum decurrit: ambabus manibus Lustrales habens

habens faces. Ante eam spica est triticea, ac aratrum. Inscriptiõ. VIBIVS C.F.C.N. Nummum hunc argenteum me uidisse recordor Romæ apud D. Achill. Maphæu.

In una parte.

225. Salus Dea uidetur, læuo uultu, corona pampinea ornata, crine in collum prominulo. sine ulla inscriptione.

In altera.

Proserpẽna infernalis Dea stolata, in curru duorum serpentium ad læuam uiam inuehitur, ambab. manib. accensas faces attollens. Post deam est stella. infrà. M.VOLTE. M.F. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

226. Iuno Sospita uidetur, caprinam pellem induta, læua facie: ad ceruicem ramus lauri adparet. infrà. cos.

In altera.

*Eadem dea stat tunicata, patagiata, dextra tenens relabentis patagij lacinias, læua serpentib. prærepentibus ablandatur. In parte dextra lauri satiuæ est ramulus. Nummum eum argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

227. Roma uidetur & galeata, & laureata, læua facie, tunicataq;. ad deæ ceruicem quadratum est scutum.

In altera.

Cybele Deum mater, leonum curru alto ad læuã uiã inuehitur. Suprã. M.L. infrà. M.VOLTEI. M.F. Nummum hunc argenteum domi meæ habeo.

In una parte.

Roma.

228. Roma occurrit galea affabrefacta cristata ornata, cui etiam alæ ad elegantiam sunt insertæ, læua facie. ad cuius ceruicem legitur. KA.

In altera.

Pedestre certamen, siue monomachia proponitur. Romanus miles, parazonio cinctus, thoracatus, ac scuto munitus, uiribus imparem barbarum, nudũ, cetratumq; prosternit, ualida dextra. infrà. M. DEI. . . . . Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

229.* Venus depingitur crinibus auro redimita, ac corona aurea, læuo obtutu, coma prominula in collũ, sub quo uidetur. X. ad ceruicem. M. CATO

In altera.

Victoria sedet ad sinistram partem intentior, stolata, una manu lauream porrigens coronam, altera palmã tenens, in sella sedet eburnea. infrà. VICTRIX Hũc nummum argenteum memini me uidisse Romæ apd D. Antonium Augustinum.

In una parte.

230.* Virtus effiguratur, cristata galea induta, læuo obtutu, tunicam uestita, aduerso pectore. Inscriptio. VIRTVS. IIIVIR.

In altera.

Aquilius armatus thorace ac paludamento, ense, ac clypeo permunitus, forti dextra rebellem in humum deprimit. Ingemiscit ille, ac ueniã depcatur. Inscriptio. M. AQVIL. M. F. M. N. SICIL. Nummum hunc argteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæũ.

In una.

In una parte.

231. Solis caput, coruſco capillo, aduerſum intuenti delineatur. Inſcriptio. L. PLANCVS.

In altera.

Victoria dea aduerſa, quadrijugos Solis equos in diuerſas oras tranſilire nitentes, retinet. Subſcriptio. PLANCVS. Nummum hunc argenteum meminiſſe me uidiſſe apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

232. Romam uideo galeatam, læuo obtutu, capillo per ceruicem dependulo, auratoque ornatam torque. poſt quam ſignum eſt. X.

In altera.

Curru caprarum aurarum Iuppiter infans ad læuá inuehitur uiam, cœna lituum tenens, altera ſceptrú. Inſcriptio. CRENI. infrà. ROMA. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Aug.num.

In una parte.

233.* Hercules iunior adparet, aperto capite, læuo obtutu, cuius ad humeros claua adparet, atq; leonina pellis. infrà. ROMA. Ad dei ſinciput eſt clypeus.

In altera.

Corona laureæ impreſſa eſt. In eius circulo Victorem re bene geſta armatum, haſtatumq; pax dea accedens laurea donat corona: in læua tenet cornucopiæ. infrà. N. MR. F. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

234. Roma uidetur galeata, læuo obtutu. à cuius ceruice eſt ſpica triticea. Sub mento eſt aſteriſcus.

In altera.

In altera.

Biga super alta sinistrorsum inuehitur Victoria, una tenens manu lora equorum, altera palmam. Sub equorum utero gladiator cum leone congreditur. Inde argumentum fit mihi circenses representari ludum. Supra. ROMA. infra. CN. DOM. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

235. Cephalicam iconem uideo muliebrem, laurentam, tutulatamq3, læuo ore, aureo torque ornatam. à ceruice legitur. PRETI.

In altera.

Quadriga dextram ad uiam celerrimè currit Victoria triumphatrix, una manu coronam lauream altè commonstrans, altera palmæ ramum. infra. C. CONSID. M. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

236. Nestio effigiatur læuo obtutu, rugosa facie, aperto capite. ad ceruicem legitur. NESTIO.

In altera.

Hercules iunior, nudus ad læuam uiam it, una attollens paralonium manu, altera trophæum gerens. Inscriptio. C. ANTIVS C. F. Nummum eum argteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

237. Aphrica depingitur elephantinam gerens capite pellem, ore sinistro, capillo in collum prominulo. Ob

cuius

cuius os est spica triticea. Subter collum é aratrum. Inscriptio. Q. METELL. SCIPIO IMP.

In altera.

Hercules adolescens, securè, dextra subter axillam abdita, cubito læuo clauæ suæ innititur: in quam ex leonis exuuiæ sunt iniectæ. Inscriptio. LEG. F. C. . . . Nummum hunc argenteum domi seruo.

In una parte.

238. Roma galeata cernitur, læua facie. Supra cuius frontem est malleus. Subter mentum asteriscus.

In altera.

Mars uictoria nauali superbus, seminudus, paludamento ex humero latè uentilante tectus, pede dextro thoracem calcat, dextra hastam habet, brachio læuo clypeum. Trophæum præterea ante se constitutum intentiùs oculo designat acuto: quod ex hoste recepit. Post deum est nauis rostrum. Inscriptio. C. MA. Nummum hunc argenteum sum Romæ conspicatus apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

239. Faunus deus, hirto capillo uidetur, aure asininia, barba impexa, læuo obtutu. ad cuius ceruicem Syrinx est insculpta. infra collum. PANSA.

In altera.

Iuppiter irradiatus, *seminudus sedet in sella eburnea, una manu patinam tenens auream, altera summam hastam. Inscriptio. IOVIS AXVR. C. VIBIVS. C. F. P. N. Nummum hunc argenteu sum conspicatus Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una.

In una parte.

240. *Roma uidetur galeam cristatam gerens capite, læua facie, crine pendulo in ceruicem, ac collu. Inscriptio.* ROMA.

In altera.

Hercules lacertorum robore, leonis, inter femora, pectusq; sublati, fauces dirumpit. Inter pedes dei clauа iacet. Inscriptiò. C. POBLIC. Q.F. *Nummus hic argenteus mihi uisus est Romæ apud D. Achillem Maphæum.*

In una parte.

241. *Cephalicon impreßum est laureatum, iuuenile, imberbe, absq; inscriptione.*

In altera.

Bacchus nudus collocatus, erectus in pedes, sublata altè dextra manu carmen lasciuum canens, humero læuo suam tygrim gestans. Post deum proximæ columnæ altiori, imaguncula Victoriæ superstat. Inscriptiò. L. CENSORIN. *Nummum hunc argenteum uidimus Romæ apud D. Antonium Aug.num.*

In una parte.

242. *Victoria effigiata, læuo aspectu, capillo mira arte adnodato, ac pexo, tunicata. Inscriptio desideratur.*

In altera.

Signa tria militaria sunt constituta hoc ordine, ut medium occupet locum, aquila. Inscriptiò. L. VAL. FLAC. IMPERATOR. *infrà.* EX. S.C. *Nummum hunc argenteum memini me aliquando uidêße apd D. Antonium Augustinum Romæ.*

In una.

In una parte.

243. Diana cernitur, laureo serto ornata, læua facie, tunicata. à cuius tergo pharetra cernitur.

In altera.

Caduceum erectum est. Inscriptio. M. PLÆTORIVS CEST. EX. S.C. Nummum hunc argenteũ uidi Romæ inter antiquitates D. Antonij Augustini.

In una parte.

244. Fortuna occurrit dea, tutulata, capillo eleganter digesto, ad synciput in nodum decenter collecto, læuo oris obtutu. Inscriptio. FORT. PR.

In altera.

Caduceum & palma transuersim sunt posita, quæ super laurea uiret corona. Inscriptio. III VIR. Q. SICINIVS. Nummus hic argenteus mihi domi ẽ.

In uña parte.

245. Cephalicam iconem muliebrem cerno, læuo ore, capillo comptissimo. Subter collum est asteriscus. Inscriptio. Q. SICINIVS IIIVIR.

In altera.

Clauæ imposita est leonina pellis. Hinc inde sunt sagitta & arcus. Inscriptio. C. COPONIVS... R.S.C. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

246. Moneta dea effigiatur laureata, læuo uultu, capillo pexo. à ceruice legitur. MONETA.

In altera.

Corona laurea uidetur. in qua media, Vulcania sũt arma,

arma, galerus acuminatus, forpex, incus, & facula. Superſcriptio. T. CARISIVS. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

247. Galeæ criſtatæ, noctua, Mineruæ auis inſiſtit. Inſcriptio. BRVTVS.

In altera.

Ægis deæ depicta. Meduſæ id eſt caput, cuius in colubros exeunt capilli: horrorem ſpectatorib. incuſſuri facilè. Inſcriptio nulla. Nummum argenteum iſtum Romæ mihi commonſtrauit D. Antonius Aug.mus.

In una parte.

248. Cephalicon uidetur muliebre, læua facie, tutulatum, capillo conuoluto, tunicatum. Hinc. caduceus, inde. æquilibra. Ob os. CANINI. T. F.

In altera.

Victoria ad læuum itinet currit celerrimè in biga, dextra palmæ ramum tenens, altera lora. Subſcriptio. L. FABI. L. F. L. N. Nummum hunc argteum uidi Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

249. Corona in laurea Romæ eſt effigies galeatæ, ad Læuam obtuentis, torque aureo ornatæ. ad ceruicē Literæ ſuperſunt. PV.

In altera.

Victoria citiſſimis biiugis equis adſiniſtram partē rapitur, una manu flagellum attollens, altera tenes equorum habenas. Supra infraq; . RVF. M. LVCILI. Nummum hunc argenteum meminī me uidiſſe Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una.

In una parte.

250. Cephalicon uideo muliebre, læuo obtutu, corona querna, & tutulo ornatum, læuo obtutu. absq̃ nominis Epigraphe.

In altera.

Victoria cito passu, uolitante habitu, ad læuam uiã it, una manu tenens caduceum, altera Trophæum gerens. Inscriptio. L. HOSTILIVS SACER. Nummũ hunc argenteum uidi Romæ apud D. Anton. Aug.num.

In una parte.

251. Adolescentis est effigies, imberbis, læuo uultu, capello crispo. sine nominis monumento.

In altera.

Concordia dea tunicata, patagiata stat, una tenens Victoriolam præmiatricem manu, altera cornucopiæ. Inscriptio. C. VIBIVS SACER. Nummum hunc argenteum domi meæ habeo.

In una parte.

252. Veneris cephalicon laureatæ, calamistrato capillo, læuo ore cernitur. ad deæ ceruicem monetarius sceptrum adcudit.

In altera.

Hercules leoninam indutus pellem, parazonioq̃ accinctus, ad dextram nitens, una manu in clauam innixus, altera tenens aquilam. Inscriptio. Q. POMPON. MVSA. Nummũ hunc argenteum domi meæ seruo.

In una parte.

53. *Prouidentia dea depingitur læureata, læuo obtutu, crine pexo, inauri ornata gemmeo. absq̃ nominis memoria.

In altera.

In altera.

*Prouidentiæ Deæ simulachrum tunicatum, patagiatũ stat, una manu speculum tenens, altera in columnam innitens subiectam. Inscriptio. Q. POMPONI. MVSA. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

254. Salus Dea depingitur laurea corona cincta, læuo obtutu. Inscriptio. SALVTIS.

In altera.

Salus Dea tunicam ac patagium induta, erecta stans, ambabus tenet anguem manibus, cubito læuo prætereà in columnam innititur. Inscriptio. M. ACILIVS IIIVIR. VALEV. Nummum hunc argenteũ memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

255. Cephalicon est uirile, læuo ore, senem repræsentans, laureo serto obuinctum. ad ceruicem. S.C.

In altera.

Bellona Dea tunicam tenuem induta, galeata, sublato altè clypeo, libratoq; telo hostem occursurum feritura, ad læuam incedit uiam, passu citissimo. Ante deæ pedes serpens prægreditur Erichtonius. Inscriptio. L. PROCILI. F. Nummum hunc argteũ apud D. Antonium Augustinum Romæ sum conspicatus.

In una parte.

256. Victoria cernitur laureata, læuo obtutu. Ob deæ os denarij signum est incisum asterisci figura.

In altera.

Mars.

Mars seminudus, strophiolo duntaxat renibus præcinctus, galea armatus ac hasta, dextrorsum pergit, læua portans insegne trophæum. Ante deum est albogalerus, retro spica triticea. Inscriptio. L. VALERI FLACCI. Nummum hunc argenteum me memini uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

257.* Vesta dea occurrit, obuelata caput, læuâ ad partem deflexis oculis: ad eius cerùicem legitur. HISPAN.

In altera.

Signa sunt & legionis, & insignioris magistratus. Aquila signum, & fasces cum securi. Horum medio Imp. Sabinus togatus, sublata altè dextra, ac si apud milites quid obtestaretur, aut oraret, constituto est. Inscriptio. . ABIN. A. Nummum eum argenteum memini me in manibus habuisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

258. Apollo uidetur laureatus, læua facie, capillo prominulo. ad cuius cerùicem est cythara.

In altera.

Diana stat aduersa, tunicata, patagiata, utrisq; manibus accensas tenens faces. Inscriptio. P. CLODIVS. A. F. Nummus hic argenteus mihi uisus est Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

259. Mercurius petasatus, penula indutus, læua facie, cuius è collo caduceus exit.

In altera.

Bacchus.

Bacchus pampinea corona coronatus, tunica breuiori, chlamydeq; ueſtitus, tygrim ſuam blanditiis mulcet, porrecta dextra, altera thyrſum habet. Inſcriptio. C. MAMIL. LIMETAN. Nummum hunc argenteum me uidiſſe recordor apud D. Achillem Maphæu Romæ.

In una parte.

260. Moneta Dea tutulata, læuo obtutu cernitur, tunicata. Inſcriptio. MONETA.

In altera.

Mars nudus, ſiniſtrorſum gradetur, ſubſilitq; inter pedes dei eſt globus, dextra haſtam gerit. Inſcriptio. PLAETOR L.F.Q. Nummum eum argenteum uidi Romæ inter antiquitates D. Antonij Auguſtini.

In una parte.

261. Corona laurea impreſſa eſt. In ea media Roma uidetur galeam criſtatam, alataq; induta. à ceruice uidetur ſignum. X.

In altera.

Quadriga alta Victor Victoriaq; ad læuâ inuehuntur. Victoria lauream glorioſo imponit militi. tenet ille trophæum manu læua. Sub utero. CN. CN. F. infrà. ROMA. Nummum hunc argenteum memini me uidiſſe Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

262. Roma uidetur galeata, læuo obtutu, tunicata. absq; ſcis.

In altera.

Biga in alta Dea Victoria ad læuâ uiâ celeriſſimè deuolat, una manu lauream porgens coronâ, læua tenes palmâ. infrà. CN. LENTVL. Nummum eum argenteu Romæ ſum conſpicatus apud D. Antonium Auguſtinum.

In una.

In una parte.

263. Cephalicon reperio muliebre, uallari corona ornatum, læuo obtutu. ad ceruicem legitur. AED. CVR.

In altera.

Sellæ curules coniunctæ duæ, latæq; conspiciuntur. Quarum in coniunctura, seu in fascia, scriptum est. Q. POMPEI. infrà. CRASSIPES. Nummum hunc argenteum meminit me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum, seu D. Achillem Maphæum.

In una parte.

264. Cephalicam iconem muliebrem uideo, læua facie, corona uallari caput cincta, in auri ornata præterea. Inscriptio. CESTIANVS.

In altera.

Sellæ duæ curules altæ, amplæq; : inter se coherent. A dextris posita Lyra Apollinis. Inscriptio. M. PLAETONIVS AED. CVR. EX. S. C. Nummus hic argenteq mihi uisus est Romæ apud D. Antonium Augustinũ.

In una parte.

265. Concordia dea effigiata est, & tutulo, & laurea insignis, læuo ore. Inscriptio. C. CONSIDIVS.

In altera.

Capitolino in clino, muro alto, quadratorum lapidum circumdato, portisq; latis septo, Templum Iouis est Capitolini tetrapilon : acuminato fastigio triangulo. Inscriptio nulla. Nummus hic argenteq à me uisus est Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

Sellæ.

266. Sellæ curules inter se adunatæ ita, ut una uideantur, duorum ædilium locus. à dextris lituum habent, à sinistris lauream. Suprà legitur. SVLLA COS. infrà. in basi. Q. POMPEI. RVF.

In altera.

Sellarum curulium auro clauatarum eadem cernitur coniunctio. À dextris sagitta, ex aduersa parte lauri ramulus cernitur. Suprà. Q. POMPEI. Q. F. RVFVS. in basi. COS. Argenteum hunc nummū mihi Romæ spectandum dedit D. Antonius Augustinus.

In una parte.

267. Ceres depingitur, sauia facie, spicis tribus triticeis coronata. cuius ad ceruicem monetarius spicā triticeā incudit, ob os* herbam . . . . . Inscriptio suprà infraq̃. IIVIR. BROCHI.

In altera.

Sellæ sunt curules geminæ: cum totidem adfixis hinc inde fascibus & securibus. Superscriptiō. L. FVRI. CN. F. Nummum hunc argenteū demi meæ habeo.

In una parte.

268. Concordiæ deæ effigies, uelata capite, ore sinistro. Inscriptiō. CONCORDIA. FONTEIVS CAPITO IIVIR.

In altera.

Ædificium insigne, amplumq̃ delineatur, multis fornicum, columnarumq̃ ordinibus altè assurgens, commoditati publicæ instauratum. Cius abluere obliquus est intuitus. Inscriptiō. T. DIDI. IMP. VIL. PVB. Argentei huius nummi copiam mihi fecit D. Antonio Augustinus Romæ.

In una.

In una parte.

269. Cephalicon est muliebre, læuo obtutu, conuoluto in floccu-
los capillo. Literæ nullæ adparebant.

In altera.

Templum patet quadrangulum, dypilon, absq; fastigio
ullo. In eo prætextatus sacrificeus, apertis ambab. manib.
Salutem, reor, Deam comprecatur. Inscriptio desiderabatur. Nummum hunc argenteum domi meæ habeo.

In una parte.

270. Libertas effigiata est Dea, inauri decorata, capillo
pexo, corona coronata triticea, læuo vultu. Inscriptio ad cervicem. LIBERTAS.

In altera.

Pontem longum latumq; reperio contectum, tecto
quadrangulo quaternis pilis fulcito. Quo subter inter fornicum interualla, terna extant, & exeunt nauium rostra. Superscriptio. D. SILLANVS. Hunc argenteum nummum mihi Romæ commonstrauit D. Antonius Augustinus.

In una parte.

271. Cephalicon est muliebre, læua facie, crine calamistrato,
absq; nominis testimonio.

In altera.

Monumentum, seu sepultura quædam deformatur. Structura quidem illa insignis sarmentata, triangularis, lilicorum decore multo. Cuius in facie anteriori, ut in tabella legitur. M. PLÆTORI. CEST.S.C. Nummum eum argenteum uidi Augustæ Vindelic. apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una.

In una parte.

272. Iuppiter est laureatus, læuo obtutu oris, barbatus: cum nulla nominis epigraphe.

In altera.

Templum est multis columnis fulcitum: opere uario. In fastigio fercula & Victoria ad ornatum constituta sunt. infrà legitur. M. VOLT. M. F. Nummum hunc argenteum domi meæ seruo.

In una parte.

273. Vesta Dea est, uelata caput, læuo ore. retro cerùicem est Inscriptio. Q. CASSIVS VEST.

In altera.

Vestæ templum patet intuenti dypilon. Fastigium liliis ac Victoria summa ornatur. In adyto sellæ curules sunt collocatæ. à dextris est trulla. Literæ nullæ. Nummum eum argenteum uidimus Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

274. Cephalicon uideo uirile, laureatum, barbatumq; : ad cuius sinciput sceptrum adparet. Subscriptio. DOSSEN.

In altera.

Quadriga Victoriarum imaginibus sculpta sinistrorsù rotatur. cuius in summitate Victoria ipsa cernitur, coronam lauream ostentans una, altera tenes palmã. Id curri genus ex eo genere est, quod Circensibus adhibebatur spectaculis. infrà. L. RVB. Nummũ hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

Caphalicon.

275. Cephalicon occurrit uirile, barbatum, dextrorsum conuersu, laurea decoratum. Sub mento est litera. B. Subter collum. EX. S.C. à ceruice est situus.

In altera.

Aemilius Victor in biga alta siniſtrorsum currit una manu habenas regens, altera sceptrum. infra. L. ÆMIL. GAL. Nummum hunc argenteum memini uidisse me Romæ apud a Antonium Augustinum.

In una parte.

276. Roma cernitur, ad imum thoracem effigiata, galea cristata ornata, in expeditionem iens dextrorsum, una manu spiculum ferens, altera clypeum. ante eius mentum est asteriscus.

In altera.

Triremis ad lævum mare fertur. Cuius in prora Imp. sacrum Neptuno facit, ad quod attenti ab opere uacantes, aduertunt animum remiges. Suprà. NERVA. Nummum hunc argenteum domi meæ seruo.

In una parte.

277. Concordia dea effigiata est, laureata, ac obuelata caput, ad lævam deflexo oculo. ad ceruicem legitur. CONCORDIA.

In altera.

Navis bellica ad dextram it oram. Cuius in prora turris alta cernitur contabulata. in puppi aquila est defixum. In carina sacra fiunt. Deæ etenim in paribus aris dextras imponunt, Ceres et Pax, una cornucopiæ, altera ramo oleagineo lævis tenentes manibus. Superscriptio. L. MVSSIDIVS LONGVS. infrà. C. LONGIN.

C. LONGIN. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Augustæ Vindelic. apud D. Joem Jacobũ Fuccherũ.

In una parte.

278. Phabus diadematus, ac Diana contigui, ad lauam deflexis oculis impressi sunt. sine literis.

In altera.

Hercules nudus aduersus, ad uiam læuam gressus dirigit, dextra manu clauam altè librans, hosti exitium comminans, post se uenturo, altera trophæũ gestans. brachio in læuo leonina pendet cutis. Inscriptio. CANINIVS L.F. Nummum hunc argenteum domi meæ seruo.

In una parte.

279. Bacchus uidetur, læua facie, uernanti uultus cõlore, pampinea coronatus corona. post cuius tergum est thyrsus transuersus.

In altera.

Ariadne dextro uultu, corona simili redimita, crine in ceruicem, ac collum prominulo. Inscriptio. P. CASSI. Q.F. Nummus hic argenteus mihi uisus est Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

280. Oriens irradiatus, eleuato uultu, ad læuam cõuerso, depingitur. Huius ad ceruicem clypeus habetur, in quo est Jouis Fulmen. Subter mentum. patina. Inscriptio. CALDVS IIIVIR.

In altera.

Caldus depingitur aperto capite, læuo uultu. Inscriptio. C. COEL. CALDVS. COS. Huius ad ceruicem ceu in tabella

tabella, monetarius has duas literas incidit. L. D.
Nummum hunc argenteum mihi domi seruo.

In una parte.

281. Castor & Pollux Laureis paribus coronati, parib. maduti galeris acuminatis, contigui, ad læuam partem deflexis oculis, quorum in occipitijs stellæ adparent. Inscriptio. NVEVS uvir.

In altera.

Æquitas Dea tunicata, patagiata, stat, una manu tenens æquilibram, altera transuersum sceptrum. In deæ humero læuo est Victoriola. Nisi Venerem & Cupidinem dicere lubet. Inscriptio. M. CONDIVS. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud antiquitates D. Achillis Maphæi.

In una parte.

282. Castor & Pollux, ad læuam conuersis oribus ambo, laureati, sua singuli stella illustrati conspiciuntur. monetarius subter utriusq; mentum asteriscum incudit.

In altera.

Nauis bellica, tecta, ad læuum mare adigitur remor. plurimis orarijs. In eam porticus, contra hostiũ impetus, lata, contabulata facta est: unde etiã tutiò milites, tela, ac machinas in aduersas naues eiaculari possunt. Clauo adsidet proreta. Superscriptio. M. FONEI. infrà. P. Nummum hunc argenteum uidi Romæ inter antiquitates D. Antonij Augustini.

In una parte.

283. Apollo laureatus, ac Minerua galeata, contiguis oribus, ad læuam conuersis, effigiantur. ad ceruices horum. NO. Subter mentum. VIK. infrà. KALENI.

In altera.

In altera.

Concordiæ typus est, ac confœderationis. Ceres Dea, ac Pax tunicatæ, patagiatæ, dextras simul iungunt, altera cleagineum tenens ramum. Italiæ ac Romæ hæ sunt figuræ. Nam sub Victricis pede dextro est globus. À parte dextra est caduceum, ac spicæ triticeæ. Hinc. IA. inde. NO. infrà. CONDI. Hunc argenteum nummum memini me uidisse apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

284. Pietas depingitur dea, læuo uultu, capillo calamistrato, inauri, ac baccato monili ornata. à ceruice legitur. PIETAS.

In altera.

Coniunctæ dextræ caduceum tenent medium. Inscriptio. ALBINVS BRVTI. F. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Anton. Augustinu.

In una parte.

285. *Apollo irradiatus cernitur, læua facie, eleuata facie. Sine nominis epigraphe.

In altera.

Luna inter Septemtrionales stellas media ponitur. Inscriptio. TRIO. infrà. LVCRETI. Nummu hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Anton. Augustinum.

In una parte.

286. Apollo uidetur laureatus, læuo ore, crine prominulo. ob cuius os est cythara: Subter mentum. asteriscus. infrà. Q. MAX.

In altera.

In altera.

Corona triumphalis impreßa: in qua media cornucopiæ eſt erectum, ac tranſuerſum fulmen. Inſcriptio nulla adparet. Nummum eum argenteum memini me uidiße Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

287. Victoria ſtat erecta, una manu tenens caduceum, læua rotam. Inſcriptio. P. CRASSVS IVN. LEG. PROPR.

In altera.

Terminus cernitur ἀκέφαλος, tunica obuelatus, capitulum Corinthiacum capitis loco habens, in cuius ſummitate eſt globus, dextra manu deorſum demißa pileum tenens. Inſcriptio. Q. METEL. PIVS SCIPIO IMP. F. A. Nummum hunc argenteum memini me uidiße Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

288. Concordia dea conſpicitur tutulata, obuelataq, ac tunicata, læuo obtutu. Inſcriptio. CONCORDIAE. PAVLVS LEPIDVS.

In altera.

Trophæum inſigne ex barbaricis captum ſpoliis Lepidq ipſe armatus thorace ac paludamento, galeatusq, ſtipatus tribuno pari armatura ſpectabili, conficit: id agens potißimum, ut coram captiuo dolorem exacerbet, qui ſubterſtat cum liberis, miſerabilis huius hyſtoriæ, quæ de ſe fit, ſpectator. Inſcriptio nulla. Cum nummum argenteum mihi commonſtrauit Romæ D. Antonius Auguſtinus.

In una parte.

289. Cephalicon uirile conſpicitur, laureatum, barbatum, ſine inſcriptione.

In altera.

In altera.

Victoria Romam victricem, galeatam, scutatam, hastatamq3, Mineruæ persimilem, Laurea donat corona, quam dextra altè attollit, quum læua palmã gerat. inter deas est. T. infrà. ROMA. Nummus hic argenteus domi meæ asseruatur

In una parte.

290. Roma galeam alatam capite gestans, læuo obtutu, torquæ aureo ornata. Sub eius mentum. *. Inscriptio. ROMA. Q. MAX.

In altera.

Laurea corona imprimitur. in qua media erectum cornucopiæ, ac falmen. Inscriptio nulla. Nummũ hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

291. Posthumius uidetur, aperto capite, læuo obtutu, cũ nominis epigraphe. A. POSTVMIVS P.F.

In altera.

Spicæ duæ triticeæ in coronam contextæ. in qua legitur. ALBINI. BRVTI. F. Nummũ hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Ant. Aug. num.

In una parte.

292. Roma uidetur læuo obtutu, retiolo aureo redimita, capillo pendulo in cincinnis per collum. Inscriptio à cerucice. ROMA. Subter mentum. *.

In altera.

Corona Laurea uidetur. In hac media clypeus est argenteus, in cuius sunt ambitu gemmæ. deinde pentangulus

pentangulus sarmentatus. Circumscriptio. M. METELLVS Q.F. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

293. Hercules iunior, leoninam gerens pellem capite, effigiatur. Ad dei sinciput est. S.C.

In altera.

Coronæ laureæ quatuor, medium globum obsepiunt. in inferiori parte palmula, & spēca triticea. Inscriptio nulla. Nummum hunc argenteum mihi Romæ commonstrauit D. Achilles Maphæus.

In una parte.

294. Concordia laureata, obuelatagꝫ caput, læuo obtutu, depingitur. Inscriptio. CONCORDIA. PAVLVS LEPIDVS.

In altera.

Puteal inuenio, sertis undiqꝫ obuinctum suaueolentibꝰ. Cuius in utroqꝫ latere Lyra est. Inscriptio. EVTERL. SCRI..... Nummum hunc argenteum memini me uidisse apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

295. Diana depingitur, capillo leuiter conuoluto, læuo obtutu. ad cuius ceruicem est arcus. Inscriptio nulla.

In altera.

Trulla & accensa fax inspiciantur. Inscriptio. M. PLAETORI. CEST. EX. S.C. Nummum hunc argenteum memini me uidisse apud D. Ant. Augustinum Romæ.

In una parte.

296. Concordia dea uidetur, obuelata caput, laureata, læuo obtutu. ad ceruicem. S.C.

In altera.

In altera.

Signa religionis impreßa sunt, culter, sympullum, securis sacra, cum impositò apri capite. Hinc inde. AED—CVR. *infrà.* P. CANIS. *Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.*

In una parte.

297. *Sibilla effigiata est læuo ore, capillo modicè conuoluto, in syncipite nodo aureo illigato, inde in collum prominulò. Subter collum.* SIBILLA.

In altera.

Corona laurea. in quæ ara trypes posita est. Huius mensæ trulla insistit, cum lateralibus stellis. Inscriptio. L. TORQVAT. IIIVIR. *Nummum hunc argenteum sum Romæ conspicatus apud D. Antonium Augustinum.*

In una parte.

298. *Venus depicta est, læuo ore, capillo auro impexo, inauri decorata gemmea. ob os puerum Cupidinem stantem palmiferum intuetur. Inscriptio.* L. SVLLA.

In altera.

Inter signa duo militaria, trulla & situus constituuntur. Suprà & infrà legitur. IMPER. ITERVM. *Nummum hunc argenteum mihi domi adseruo.*

In una parte.

299. *Caphalicon turrita corona ornatum, læuo ore, impressum est. à ceruice.* AED. CVR.

In altera.

Sella curulis ampla, lataq; habetur. Cuius in laterib.

Securis

61

Securis est infixa. infrà. P. CRASSI. P. F. *Nummũ hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.*

In una parte.

300. *Roma uidetur, læua facie, galeam cristatam affabre factam inducta: cuius ad ceruicem est laurea, & stella. infrà collum legitur.* ROMA.

In altera.

Equites duo paribus armis induti, galeati, (Castorem ac Pollucem existimem) generosi milites, hastati, horsum, illorsumq; decurrere nituntur: auersis mutuò oribus, quasi uale dicto in diuersas quisq; prouincias sese recipiat. Florum in frontibus stellæ adparent. infrà. SERVEI. IMP. *Nummum hunc argteum Augustæ Vindelicor. apud D. Joem Jacobum Fuccherũ.*

In una parte.

301. *Iconem caphalicam uirilem offendo, læuo obtutu, galericulo utentem, lemniscato. Summa cuius fronte cornua duo eminent, qualia Lysimacho adprimuntur in metallis suis. Post eam character est.* ΔA.

In altera.

*Statua equestris in basi ingenti posita est, decurrentis ad læuam specie, generosus est equus. ad equitem *canis subsilit. infrà.* S. C. *Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.*

In una parte.

302. *Diana effigiatur læuo obtutu, tutulo ornata, capillo pexo, monili baccato decorata. ad cuius ceruicẽ sagitta & pharetra adparent. Subter mentum e signum.* R.

In altera.

In altera.

Victoria Dea in biga sinistrorsum devolat citissimè, una manu latè lauream porrigens, altera tenens palmã. infrà legitur. TI. CLAV. TI. F. Æ. N. Nummus hic argenteus à me visus est Augustæ Vindelicorũ apd D. Joannem Jacobum Fuccherum

In una parte.

303. Cæphalicon est virile, diademato capite, læuo obtutu, adolescentis forma, togatum cum tali Epigraphe. PACOLEIVS LARISCOLVS.

In altera.

Termini tres, seu caryatides aduersæ in obtuentem. Fœminæ autem sunt, ad pubem usqȝ, sublatis manibus baculum, aut trabem directam complexæ. Harum è capitibus Laueri ramuli pullulant. Inscriptio nulla. Nummum hunc argenteum memini me vidisse Romæ apud D. Achillẽ Maphei.

In una parte.

304. Cæphalicon regium, diademate cinctum, læua facie, ad huius tergum sceptrum est. Supra occiput. C. P. P.

In altera.

Sceptrum & gubernaculum decussatim impressa globum habent medium. In sceptri siliati summitate est adpensa laurea. Inscriptio. EX – S. C. CN. LEN. Q. Nummum hunc argenteum mihi Romæ commonstrauit D. Antonius Augustinus.

In una parte.

305. Roma effigiatur læuo obtutu, galeata, laureataqȝ. Inscriptio. ROMA.

In altera.

In altera.

Laurea corona. In hac media cornucopiæ globo fasciato impositum, medium est sinter sceptrum clauumq̃. Subscriptio. P. CARISI. Nummus hic argenteus mihi uisus Augustæ Vindelicorum apud D. Joan. Jacobum Fuccherum.

In una parte.

306. Cephalicon occurrit uirile, barbatum, læuo aspectu. ab ceruice. S. C.

In altera.

Victoria in quadrijugorum equorum curru, stans, una manu lauream attollit coronam, altera palmæ ramum. Subscriptio. Q. AVO. BALB. PR. Nummũ hunc argenteum uidi Romæ apud D. Ant. Aug.num.

In una parte.

07. Roma uidetur galeata, dextro uultu. ad ceruicem. T. MANL.

In altera.

*Auriga tunicatus, ad læuam uiam curru quadrijugorum equorum inuehitur, re benè gesta iubilans, una arcum tensum tenens, læua habenas. È plaustris iaculari missilia antiquis mos fuit. infrà. ROMA. M. BALBI. Q. F. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæũ.

In una parte.

8. Roma depingitur galeata, læua facie, præstanti forma. Sine literis. Verum ad occiput malleg iacet. infra mentum. stella.

In altera.

Mars.

Mars nudus stat aduersus, palliolo tantum tectus humeros tenuissimo, dextro pede thoracem calcans, manu altera hastam habens, altera in tabellas æneas incumbit. in quibus duo sunt signa. M. & A. Ante se positum cominus intuetur Trophæum, è galea, & thorace æneo. in radice cuius duo defixa adparent sceptra. Inscriptionis aliud nihil est. Argenteū hunc nummum mihi commonstrauit Norimbergæ D. Bilibaldus Ircuriæ.

In uena parte.

309. Marcellinus occurrit, læuo obtutu, aperto capite. Ad huius ceruicem trifemur, quo Siciliæ tria promontoria indicantur, ipsaq; Trinacria significatur, adpositum est. Inscriptio. MARCELLINVS.

In altera.

Templum est Martis Ultoris tetrapilon, trophæis multis, hastisq; hostilibus, per fastigij trianguli extremitates dispositis ornatum. Quò uoti reus Imp. ptextatus, obuelatus capite, forculum, ab hoste reportata puta spolia opima, infert. Inscriptio. MARCELLVS COS. QVINQ. Nummum hunc argenteū demonstrabit nobis Roma D. Antonius Augustinus.

In uena parte.

310. Cephalicon uidetur laureatum, uirile, læua facie: Sub mento. M. ad collum. ERNSR.

In altera.

Victoriam offendo, sinistrorsum currentem, unaflagellū attollens instigandis equis quadrijugis, læua tenes lora. infrà. C.VIBIVS.C.F. Argenteum hunc nummū me uidisse memini Romæ apud D. Antonium Aug^num.

In uena.

In una parte.

311. *Susenas depingitur, capillo ac barba crispis, sæuo obtutu. Inscriptio.* SVSENAS. S.C.

In altera.

Romam Dominam, tunica patagioq̃ nitentem, hasta, galeaq̃ armatam, Victoria propter collocata laurea donat corona, quam dextra tenet, altera gerit palmã. Inscriptio. PR. V. . . . S. SEX. NON. *Nummum hunc argenteum domi meæ habeo.*

In una parte.

312. *Sertorius videtur aperto capite, dextrorsum nitens. ad Synciput legitur.* SERTORIVS.

In altera.

Cervus habetur ad lævam nitens. Inscriptio. PRO-VIDEN. MILITAR. *Argenteum hunc nummum habui in manibus Romæ apud D. Anton. Aug.*num.

In una parte.

313. *Faunus effigiatus est, hirta cute, capillo barbaquè impexa, aure ferina. Ob cuius os florem monetariq̃ incidêt. infrà.* CVRIVS C. F.

In altera.

Bacchus depingitur sæuo obtutu, corona pampinea coronatus, barbatusq̃. ad Synciput legitur. PANSA. *Nummus hic argenteus mihi missus Norimbergæ apud D. Bilibaldum Imcuriam*

In una parte.

314. *Fabius Max. depingitur, dextra facie. Ob senium cute in rugas attracta, caluusq̃, cum nominis sui monumento.* Q. FABIVS MAX.

In altera.

In altera.

Fasces et secures, fasciculorum instar, transuersæ iacent humi. infrà. RECEP. Nummum hunc argenteum ego domi commonstrare possum.

In una parte.

318. Cephalicon uideo iuuenile, sæuo ore, capillo crispo. Sine nominis epigraphe.

In altera.

Circenses ludi repræsentati sunt. Cùm feris congrediuntur nudi gladiatores: ueruntis armati. Alter leonẽ occurrentem multis iam plagis irritatum traiecit, alter clypeo, breuique gladio munitus taurum inter, tygrimq; interseptus, qua uia è feris euadat, nescit. infrà. L. REGVL. Nummum hunc argenteũ domi meæ habeo.

In una parte.

319. Roma galeam crĩstatam, alatamq; capite gestans, sæuo obtutu, torque aureo spectabilis: sine inscriptione ulla.

In altera.

Romanæ exemplar audaciæ ac uirtutis proponitur. Romanus miles galea, ense, ac clypeo munitus ab equo desiliens in terram comminus equitem barbarũ cataphractum romano animo petit, ac ferit. Dissidet sibi hostis, tergumq; fugæ mandat, impetum Romani sustinere cum nequeat. infrà. M. SERVEILI. C. F. Nummum hunc argenteum Romæ apud D. Antoniũ Augustinum sum conspicatus.

In una parte.

320. Roma effigiata est, galeata, sæuo obtutu, Subter cuius mentum est asteriscus. ad ceruicem Legitur. P. LÆCA.

In altera.

In altera.

Armati stant Imp. & Tribuni duo, de rerum multa inter se disceptantes, thoracibus & paludamentis conspicui omnes, atq; hastati. Medius est eminentior, sublata dextra orationem habens. infrà. T. OVOCO. Nummum eum argenteum comi meæ habeo.

In una parte.

318. Roma galeata cernitur, læuo ore, tunicata. ad ceruicem est. X. TIV.

In altera.

* Pastorum specie duo tunicati, procidentem in genua
* prouinciam, nefrendem in ulnis habentem, demissis in suppliciis humeros dextris ueluti affantur: læuis illi in manibus summas hastas habent. Suprà. NA. Nummus hic argenteus mihi uisus è Rome apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

319. Concordia Dea tutulata, ac uelata uidetur, læuo obtutu. Inscriptio. CONCORDIA. PAVLVS LEPIDVS.

In altera.

Trophæo ingenti, è galeæ, clypeo, thorace, aliisq; barbaricis armis, quæ ipse armatus Lepidus conto affigit ad ostentum, à dextris adstat cum liberis retroligatis manibus captiuus. Lauam partem habet Victor. Suprà. TEN. infrà. PAVLVS. Nummum hunc argenteam memini me uidisse Romæ apud D. Achil. Maphæum.

In una parte.

320. Cephalicæ icones deæ, laureatæ, dextris oribus, contiguæ sunt impressæ. Ante horum ora. P. P. P.

In altera.

J.

In altera.

*Pastorum forma duo, tunicis breuioribus induti, uirgis fulciti, proiectis deorsum dextris sermonem inter se miscere uidentur. Inter utrumq; medius est aper, humi cubans. infrà. C. SVLICI. C.F. Nummum hunc argenteum memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

321. Concordia Dea effigiatur, læua facie, tutulo, laureaq; insignis, stolata, inauri praterea ornata. à cuius ceruice est sceptrum. ad caluariem. S.C.

In altera.

Trophæa tria ordine disposita sunt, è galeis, tunicis castrensibus, sagis, clypeis, ac gladijs comparata. À dextris albogalerus, à sinistris tutus adparet. infrà. VR. Nummum hunc argenteum sum conspicatq; Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

322. Roma depingitur galeata, læua facie, cum tali epigraphe. L. DOMI. LIC. ad ceruicem deæ è signum.*.

In altera.

Circensium Ludorum memoria fit. Auriga tunicatus, scutatus, dextra spiculum tenens, læua palmæ ramum, in biga sinistrorsum currit. infrà. LIC. CNE. F. Nummum hunc argenteum Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum sum conspicatq.

In una parte

323. Ciceronem ad uiuam effigiem expressum, tum ex oris moderata compositione, tum ex ipso cicere, quod in

facie

facie ipse haberet, agnoui, facundo cuius capiti laureá coronam gratus monetalis Triumuir incuderat. Oculum ad læua diuertit. Togam indutus, pacis indicé, & Archetypon, quod palam ille populo Rom. semper laudabile existimauit, maximè cum exclamaret. Cedant arma togæ. Nec illi meritus deest titulus. M.T. CICERONI PATRONO.

In altera.

Triremem illud, seu Trinacriæ typicon signú impreßú, quæ liberatari suo, maximè ob deuictum Verrem, cuius uiolentam tyrannidem tolerare uix poterat, clarum elogium fecèt. PROSTRATO VERRE. TRINACRIA. Nummum hunc argenteum, tam exquisitum, tam rarum, singularem, omnibus literarum amatoribus iure merito comprobatum, in bonis suis, ceu thesaurum curiosè ac studiosè seruat Romæ D. Achilles Maphæus.

In una parte.

24. Scipio Africanus, adolescens adhuc depingitur, dextro obtutu oris, inornatus, cum nominis breui encomio. P. SCIPIO AFRIC.

In altera.

Curru triumphali alto quadrijugorum equor, trabeato victor, una tenens manu lauri ramum, altera equorum habenas, læua semita inuehitur. Superscriptio. CANT. SUBAC. Nummum hunc argenteum ego domi meæ asseruo.

In una parte.

25. Cæphalicon est mulièbre, (Venerem auguror) mirè comptum,

comptum, capillo calamistrato, pexoq̃, retiolo aureo illigato; ad læuam deflexo oculo. ad cervicem legitur. NOM. Sub collo. M. CAT..

In altera.

Victoria sedet, pube tenus nudato corpore, in sella alta eburnea, una manu lauream coronam protrudens, altera contradtiore palmam tenens. infrà. VICTRIX. inter sellæ pedes, medio intervallo legitur. ST. Nummi huius argentei videndi copiam mihi fecit Noribergæ D. Bilibaldus Incuria.

In una parte.

326. Roma cernitur galeam crystatam alatamq̃ indutia, læuo cultu, torque aureo ornata. Inscriptio. L. MANLI. PRO-COS. EX. S.C.

In altera.

Curru triumphali alto Victor trabeatus, una manu tenens quadrijugorum equorum lora, altera lauri ramulum, sinistra uia invehitur. Quem advolans Victoria laurea donat corona. infrà. L. SVLLA IMP. Nummum hunc argenteum memini me vidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

327. Roma videtur galea crystata ornata, læua facie, monili aureo decora, capillo in cincinnis dependulo. Inscriptio. L. MANLI.

In altera.

Curru triumphali quadrijugorum equorum Victor trabeam indutus, una tenens lauri ramum, altera sceptrum, ad læuum itinere invehitur. E cælesti area Victoria

Victoria aduolans laureum Victori sertum offert. infrà. L. SVLLA. Argenteus hic nummus mihi uisus est Romæ apud D. Antoniam Augustinum.

In una parte.

128. Rufus habetur aperto capite, læuo ore, cum nominis sui monumento. Q. POM. RVFI. RVFVS COS.

In altera.

Sulla effigiatus est, detecto capite, ad læuam respiciens. Inscriptio. SVLLA COS. Nummus hic argenteus à me uisus est Romæ apud D. Antoniam Augustinum.

In una parte.

129. Roma uidetur galea crista exornata, læuo ore. ad cuius cerucicem est signum asteriſci

In altera.

Columna alta testudinea uidetur. in cuius summitate est Augusti statua. Hinc inde sunt constituti Sacerdotes, uerba sacra, tanquam numini dicunt. Suprà hinc inde. NO — MA. Inscriptio. DOMIT. AVGVR. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud antiquitates D. Achillis Maphæi.

In una parte.

330. Marius senex admodum, cute contracta depingitur, dextro ore, caluus, inornatus. Inscriptio. COS. VII.

In altera.

Trophæum ingens, è Cimbrica Victoria partum repræsentatur. Quorum spolior reliquias adhuc Romæ hodie extare quidam putant, intra urbem uia D. Pauli, inter Coliseum, ac testaceum montem. Inscriptio conuenit.

J. iiij.

conuenit. VIC. CIM. Nummum hunc argenteum mihi seruo domi.

In una parte.

331. Cinna cernitur aperto capite, ad dextram intuens partem, cum nominis epigraphe. L. CINNA M. COS.

In altera.

Templum Martis Ultoris sphæricum, multis fulcitur columnis altissimis. per fasciæ ambitum trophæa sunt posita, ex hostibus recepta. Summo in fastigio Victoris statua. In adyto Deus in stylobate armatus, galea, clypeo, & hasta. Inscriptio. MARTI VLTORI. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

332. Metellus Pius laureatus, læua facie, barba crissa cernitur, cum nominis monumento. Q. METEL. PIVS.

In altera.

Elephas subaudita promuscide ad læuam it. Suprà. SCIPIO. infrà. IMP. Nummus hic argenteus à me uisus est Romæ apud D. Antonium Aug.num.

In una parte.

333. Cassius (unus è coniuratis in Cæsarem.) depingitur, submissa facie, læua. ad cuius ceruicem adsassus è pugio.

In altera.

Aquila sublatis alis, elato pectore, in fulmen insistit. Hinc inde sunt lituus & trulla. infrà. Q. CASSIVS. Nummum hunc argenteum domi meæ ego asseruo.

In una parte.

Corona.

334. Corona laurea uidetur. in qua media Cephalicon est muliebre, corona uallari coronatum, sæuo obtutu, medium inter spicam tritici & caduceum. Subter collu est rostrum nauis. Inscriptio. CRASS. IVN. C.F. PR.

In altera.

Signa religionis situus & trulla collocata sunt. Inter hæc Trophæum est insigne, è galea, pharetra, arcu, clypeo, tunica castrensi, gladio comparatum. Inscriptio. METELLVS PIVS. SCIPIO IIVIR. Hic nummus argenteus mihi commonstratus est apud D. Bilibaldum Pirckeiam Norimbergæ.

In una parte.

38. Cephalicon uirile conspicitur, aperto capite, sæuo uultu. ad ceruicem legitur. OSCA.

In altera.

Signa religionis sunt impressa. Sympullum, aspergulum, securi infixum aprinum caput, albogalerus. Inscriptio. DOM. COS. ITER. IMP. Nummum hunc argenteum memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

6. Boni euentus Deus effigiatus est, capillo modò conflexo, læua facie. Inscriptio. BON. EVENT. ad ceruicem. LIBO.

In altera

Puteal altum sacrumq; sertis obuinctum. Locus iuxta arcum Fabianum Porphyrione authore, in quo ius dicebatur. Eò tribunal & subsellia primus Libo intulit. In utroq; eius angulo cytharæ sunt collocatæ.

Suprà.

Suprà. EVTEAL. infrà. SCRIBON. Nummum hunc argenteum uidi apud D. Bilibaldum Incuria Norimbergæ.

In una parte.

337. Cn. Domitius depingitur Herculi par Deo, quum leoninum caput loco pilei gestet, aut tegumenti. Inscriptio. CN. DOM...

In altera.

Laua Herculis inter arcum tensum & sagittam medium locum occupat. Suprà. Q. CVRTI. infrà. M. SILA. Nummum hunc argentum uidi Lugduni apud D. Thomam Sartinum Florentinum.

In una parte.

338. Oriens irradiatus, læuo ore occurrit; ad ceruicem. II.

In altera.

Luna, super quam in circuitu quinq; micant stellæ. Subscriptio. CLODIVS M. F. Nummum hunc argenteum uidi Norimbergæ apud D. Bilibald. Incuria.

In una parte.

339. Roma depingitur cristatam galeam artificiosè elaboratam capite gerens, geminis pennis conspicuam, læuo ore. Sub mento. S.C. infra collum... NASO.

In altera.

Diana uenatrix in curru bijugorum cerworum ad læuam uiam inuehitur, tunicam succinctam breuiorem induta, una tenens manu uerutum, altera habenas ferarum. circa deam uenatici canes currunt. infrà.... AXSIVS. Nummũ hunc argenteum uidisse me recordor Norimbergæ apud D. Bilibaldum Incuriam.

In una.

In una parte.

240. Cephalicon reperi muliebre, læuo ore, capillo comptissimo, ad synciput in nodum aureum reuincto, inauri, ac monili baccato decoratum. ad cuius adludit ceruicem supinus Delphin. Inscriptio. P. YPSAE. S.C.

In altera.

Victor insigni habitu curru quadrijugorum equorũ in dextram uersam equitat, una manu lora equorũ tenens, altera *flagellum. infrà. C. YPSAE. COS. PRIV. in latere læuo. CAEPIT. Nummũ hunc argenteum uidi Norimbergæ apud D. Bilibald. Imcuriã.

In una parte.

241. Cæphalicon reperio uirile, laureatum, læuo aspectu, ac iuuenili uultu. infrà mentum. B. Obos. sceptrũ assurgit.

In altera.

Sella curulis, insignioris magistratus index imprimitur. Suprà. L. LOLLIVS. inter pedes Sedes. patina adsparet. Nummum hunc æneũ uidi Venetijs apud D. Sebastianum Erizum.

In una parte.

242. Janus bifrons laureatus, imberbis. absq; inscriptione.

In altera.

Victorem trabeatum, sceptriferum, adstans summa in sporta Victoriola laureo ornat serto. Currus est autem, quo Victoriosus uehitur dextrorsum, quadrijugorum equorum. infrà. ROMA. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud D. Gentil. Delphinũ.

In una.

In una parte.

343. Romæ uultus galeatæ, qualis sæpè à nobis depingitur, læuo obtutu. Inscriptio. C. PETILIVS BALBVS.

In altera.

*Ceruus dextrorsùm procurrit. Subscriptio. P. VOLVMNIVS. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud Achillem Maphæum.

In una parte.

344. Janus geminus, laurea candidatus cernitur: absq; ulla inscriptione.

In altera.

Iuppiter quadriga seminudus, sinistrorsùm inuehitur: una manu fulmen emittens sublæuata, altera sceptrũ aquilatum. In imo curri stans Victoriola equina lora tenet. infrà. ROMA. Nummũ hunc argteũ uidi Romæ apud D. Gentilis Delphini antiquitates.

In una parte.

345. Roma galeata, ad læuam conuersa est parte. à tergo. X.

In altera.

Hinnulus ad dextram uiam currit. Suprà. C. NAVTIVS. infrà. NVT. Argenteum hunc nummũ uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

346. Apollo uidetur laureatus, læua facie. absq; ulla inscriptione.

In altera.

Equus generosus ad dextram uiam subsilit. Suprà. ROMA. Nummum eum argenteum Romæ sum conspicatus apud D. Gentilem Delphinum.

In una.

In una parte.

47. Roma uidetur galeam cristatam affabrefactam capite gerens, læuo obtutu, monili baccato ornata. Sub mento est signum. ✱.

In altera.

Victorem Metellum trabeatum, curru bijugorum elephantorum, dextra uia inuectum, aduolans Victoria laurea donat corona. infrà legitur. C. METELLVS. Nummum hunc argenteum uidi Norimbergæ apud D. Bilibaldum Pirckeiamum.

In una parte.

48. Hercules laureatus, dextrorsum obtuens, leoninâ pellem indutus. ad cuius dorsum adsparet claua.

In altera.

Eques, tunicam breuem indutus, ad dextrâ equitat celerrimè, dextra manu pari cursu equum alterum, eadem uia prærumpere nitentem, coma retinet. infrà. Q. ibidem muris forma adsparet. inferiq in basi literæ erant. D. S. S. Argenteum eũ nummum uidimus Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

49. Roma uidetur, læua facie, galericuli instar, galea exigua tecta, cuius in summitate est aquilinum caput. Subter autem penna. ad synciput. ROMA.

In altera.

✱ Veianius stolata, capite leoninum caput gestans, ita ut reliqua pellis per dorsum dilabatur, una manu clauam in terram defigit, altera tenet aquilam. Inscriptio.

Q. POMPONI.

Q. POMPONI. MVSA. Nummum hunc argenteum me' uidisse recordor apud D. Antonium Augustinũ Romæ.

In una parte.

*349. Libertas effigiatur, læuo obtutu, tutulata, capillo conuoluto in nymbi speciem, mauri ornata. ad ceruicẽ est pileus.

In altera.

Iuppiter togatus à dextris stans, hasta fulcitus, læua in femur incumbente, pede læuo in aquilæ collum ministræ imposito: (cui proxima sunt fasces & secures, & lauri ramus) cum astante nata proximè uerba habere uidetur. Stat illa armatura sua spectabilis, galeata, Ægide munita, hasta, ac clypeo, ac acinace. Quam circum gratiolæ tres adsolant. Infra deæ pedes Tyberinus iacet humi pater, dextra Typham herbam habens, læua in urnam innixus inuersus. Inscriptio nulla. Numinum hunc argenteũ domi meæ asseruo.

In una parte.

350. Roma galeata cernitur, qua forma sæpè alias occurrit, dextro ore. Ob os. ROMA. à tergo. Luna.

In altera.

Ceruus è canistro frugum inuerso cibum capere uidetur, ad dextram uersus. infrà. C. PETILIVS. Hunc nummum argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

351. Roma uidetur galea cristata ornata, læua facie. Ad cuius collum est sceptrum.

In altera.

In altera.

Gubernaculum, ac anchora, in transuersum coniuncta inter se longo flammeo uidentur. Hinc inde. S–C. infrà. SICILIA. Nummum hunc argenteũ uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In uena parte.

*Veneris effigies uidetur læua facie, capillo eleganter pexo, retiolo aureo interligato, ad sinciput, ac in-auri ornata. absq; inscriptione.

In altera.

Fauni caput in ara positum est, ac palma decussatim. quò canis anterioribus pedibus in summo margine defixis accurrit, admiranti similis. Inscriptio. CVNIVS VANEVS. Nummum hunc argenteũ uidi Mantuæ apud Julium Romanum.

In una parte.

Cephalicon uirile, læuo obtutu, diademate. Inscriptio. L. Cornelius Lentulus.

In altera.

Aquila prædam correptam dilacerat, testudinem nimirum unguibus compressam rostro mordet. infrà. C. PETILIVS. Nummum hunc argenteum rotãd Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

Sulla depingitur, facie dextra, uultu senili, caluo capite, eoq; aperto. Inscriptio. L. SVLLA IMP. P. P.

In altera.

Signa religionis inueniuntur, simpullum, theca cũ culteris, lituus, trulla, aspergulum, patina, culter.

Suprà.

Suprà. corona laurea. infrà. ROMA. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

355. Roma occurrit, eadem semper, atq; alias descripta à nobis fuit. Inscriptio. ROMA. S.C.

In altera.

Struthio mas, auis præstantissima, ad læuam uiam incedit. Hinc inde. REH — RICA. Nummum hùc argenteum mihi seruo.

In una parte.

356. Iuppiter fulminator nudus stat in pedes, conuersus ad læuam, dextra tenens manu fulmen, læua aquilam. Inscriptio. LEN. MR. COS. in parte læua monetarius falcis manuariæ formam incudit.

In altera.

Trinacria, affabrefacta, uisuq; iucundissima. Nam ut id silentio inuoluam, trigeminam spicam adsculptum esse, id dicam. Cò loci, quò trifemora coëunt, in unum. Medio loco Medusæ caput est impressum, aduerso toto in spectatorem ore. Citra tamen ullum literarum monumentum. Nummum hunc argenteum Romæ uidi apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

357. Roma occurrit, crestata galea, alata, & torque aureo ornata, læuo obtutu, capillo in collum prominulo. Ob os legitur. L. MANLI.

In altera.

Triumphi.

Triumphi specimen est. Victorem Sullam, paludatū, ac thoracatum, in curru, sertis obuinctō, aquila, & deuictarum gentium formis sculpto, quadrijugorum equorum sinistrorsum inuectum, adulansq; ab alto cælo Victoria, laurea corona insignit, palmaq; donat. infrà. L. SVLL. IMP. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Aug.num.

In una parte.

Roma uidetur galeata, dextrorsum obtuens, inaueri ornata. Hinc inde. RO—MA. C. EX—.S.C.

In altera.

Camelum dextrorsum iturum, canis adlatrans intercipit. infrà. L. CANINIVS L.F. Nummus hic argenteus mihi uisus est Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

Roma uidetur galeam cristatam capite gestans, ea arte factam, quam sæpius anteà descripsimus, sæua facie. absq; inscriptione.

In altera.

Triumphatorem Fundanum armatum, ac insigni paludamento decorum, sceptrum breue dextra tenentem, quadriga ad sinistram uiam inuectum, ne quid desiderari posset, quod signum uictoris nomen redderet, augustius, ac clarius, Victoria aduersum adulans uelut è solo, ante equos (quod rarius eò est, cum cæteræ omnes Victoriæ cælitus descendere uideantur in nummismatis) insigni laurea donat, uelut in manu obtrudens, & palma. infrà. C. FVNDAN. in parte læua.

D. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In uena parte.

360. Roma prodit, eadem forma, ac ornatu, qua ad nauseam ferè occurrit in nummis. à ceruice. P. L. ÆCR. Subter mentum. X.

In altera.

Prouocationis, aut certè indictionis belli. qua uterentur Romani, exemplum proponi mihi satis uerosimile fit, cum quòd Fecialem Pop. Ro. uideo, benè armatum, ac paludatum, ense cinctum, ac ocreatu, stipatum tyrone tunica ac sago castrensib. inducto tubas ambabus manibus gestante, subter se constituta prouinciæ stolatæ sublata in altum dextra, qui cum uerba habet, bellum incitantem. Fœminæ gestantis est excusantis, ac purgantis errorem. dextra ad tergum abdita, producta è sinu læua, tum quòd infrà lego. PROVOC. Argenteum cu nummu uidi Romæ apud Antonietum Roman. Antiquariu.

In una parte.

361. Cephalicon est impressum iuuenile, sinistro uultu, diademate ornatum. Inscriptio. Q. SICINIVS IIVIR.

In altera.

Fasces & secures transuersim positæ medium habent caduceum. Hinc indè. RO—MA. Nummu hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Aug.num.

In una parte.

362. Roma occurrit galeam crestatam induta, læuo obtutu. à ceruice. ROMA.

In altera.

In altera.

Cygnus ad dextram uiam pergit. Suprà. AV. VIRGINIVS. infrà. T. NVMITIVS. Nummum hunc argenteum uidi aliquando Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

63. Romæ idem signum, quale sæpiùs delineauimus. ad ceruicem legitur. ROMA.

In altera.

Bubali subiuges, ad dextram, gressum tardè promouent. Horum in anteriori parte narium annuli ferrei adparent, qua ratione id animalium genus domari ac cicurari in Italiæ pluribꝰ locis experientia dididici. infrà. L. BVBVLCVS. Hũc nummum argenteum uidi Gebennæ in Allobrogib. apud quendam Gallum nobilem uirum.

In una parte.

64. Apollo uidetur laureatus, cuius in tempore dextro, supra aurem rosa adparet, læuo ore. ad eius collũ est cythara. Ob os legitur. P. CLODIVS P.

In altera.

Rostrum nauis insigne, ac eiusdem gubernaculum, ad dextram partem conuersum. in cuius anteriori fronte signum est Tyberini patris, rigente barba, ac cygnus auis. Supra hanc corona cernitur triumphalis. infrà. ROMA. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæũ.

In una parte.

65. Apollo effigiatur diadematus, læuo obtutu. ad ceruicem legitur. M. CATO.

In altera.

K.

In altera.

Coronæ quatuor impreßæ sunt, ciuica, triumphalis, obsidionalis, ac myrtea. medio inter has interuallo legitur. ROMA. in quatuor extremis angulis signa sunt religionis. Lituus, trulla, simpallium, patina. Argenteum hunc nummum domi meæ habeo.

In una parte.

366. Roma cernitur, eadem semper cum superioribus, dextro ore. retro eam spica triticea est. Ob os. ROMA.

In altera.

Ceruum humi decubantem, sinistrorsum conuersum, adulans Victoria laurea corona donat, quam læua tenet, dextra habens lauri ramum. A parte sinistra. EX. S.C. infrà. M. PLANC. Nummum hunc argenteum memini me uidisse aliquando Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

367. Hercules occurrit diadematus, imberbis, sæuo ore, cuius in humeris leonina pellis circumligata est, per dextrum humerum claua transit. Inscriptio nulla.

In altera.

Lupa Romulum Remumq; gemellos lactens est impreßa: aduerso ad puellorum garritus rectu. infrà. ROMANO. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud D. Gentilem Delphinum.

In una parte.

368. Roma eadem forma uidetur, qua sæpißimè nobis est descripta. Hinc inde. RO—MA. & deinde. S—C.

In altera.

In altera.

Cerua ad læuam partem excurrit. Supra eius tergum. P. HORAT. Nummum eum argenteum me uidêße memini Lugduni apud D. Joannem Cauleum.

In una parte.

369. Iuppiter Capitolinus effigiatur, læuo obtutu, cum inscriptionis parte . . . . . CAPITOLINVS.

In altera.

Templum est hexapilon, altißima structura. Cuius in tympano Junonis, Veneris, ac Palladis aues sunt insculptæ, per fastigij angulos biga, equorumq; formæ conspiciuntur. In æde media Licia quædam pendent, nescio an Sortis illa sint, quibus antiqui uterentur? Subscriptio. PETILLIVS. Et unde Sortilegno Vates, et Sortilegia doctorum usus recepit. Argenteam hunc nummum habet in bonis suis D. Gulielmus Cauteus Lugduni.

In una parte.

0. Roma cum superioribus conuenit, facie, forma, ac cultu, dextrorsum cernens. Inscriptio. ROMA. EX.S.C.

In altera.

Hinnulus sinistrorsum conuersus, demißa fauce, uelut pabulum capiens. Suprà. AP. CLAVD. CRA. infrà. M. VALER. COR. Nummum eum argteum mihi Romæ commonstrauit D. Antonius Augustinus.

In una parte.

71. Apollo uidetur laureatus, læua facie. Sine literarum uestigio.

In altera.

Equos

Equos duos, duo milites (Pollucem et Castora credo.) galeati, hastatiq3, unum ad fontem potum agent. Ante hos Luna translucet. Inscriptio nulla. Hunc nummum mediocrem Florentiæ memini me uidisse apud D. Franciscum Medicem Illustrem Principem Florentinum.

In una parte.

372. Roma uidetur galeata, dextro uultu, ut sæpè aliàs. Inscriptio. ROMA. S.C.

In altera.

Elephas ad dextram uiam incedit famina, demissa promuscide. cuius in collo *Quasillum adparet. infrà. L. GINVTIVS. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

373. Romæ effigies dextra, alioquin cum superioribus eadem. Inscriptio. C. PETILIVS. S.C.

In altera.

Ceruus in humum cubans: dextrorsum uersus. Supra eum corona cernitur triumphalis. infrà. M. FABIVS. Nummum hunc argenteum apud me habeo domi.

In una parte.

374. Roma eadem, cum superioribus, dextro ore. ob os. ROMA.

In altera.

Ceruus humi decumbit: contractis sub aluum pedibus anterioribus. Suprà. Q. FABIVS. infrà. L. CORN. MA. Nummum hunc argenteum domi meæ seruo.

In una parte.

375. Romæ eadem effigies, quam iam centies repetij. Ob os legitur. ROMA.

In altera.

In altera.

Monstri genus horrendum, ac nouum, capite humano, barba prolixa, uultu aduerso, auribus belluinis, pectore ac utero mammosis, pedibus leoninis, tygrina cauda, alatum præterea. Nescio si Sphynga marem nominare possim, dextrorsum ita ostentum, quale quale est, uergit. infrà. P. SEMPRO. P.F. Nummum hunc . . . . . .

In una parte.

76. Roma galeata, ut proximè depicta est, dextrorsum uersa. ob os. ROMA.

In altera.

Dromedarius dextrorsum it. infrà. SP. HERMINIVS. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

* Quirina occurrit, triticea corona ornata, obuelata caput, ac pectus, sinistrorsum obtuens, tunicam manuleatam induta. Ob cuius os fax accensa aßurgit. Inscriptio. VESTA AVR. QVIRINA.

In altera.

Templum Dypilon latum habetur. Quo medio Juppiter opt. max. in sella sedens, seminudus, una tenet manu fulmen, altera hastam. Inscriptio. I. O. MAX. CAPITOLINVS. Argenteum hunc nummũ Lugduni habet D. Guilelmus Caulius.

In una parte.

78. Juppiter cernitur laureatus, læuo ore, barbatus. ad ceruicem. H.

In altera.

In altera.

*Victoria sinistrorsum iens, una manu lauream altè exporrectam, Trophæo insigni, cui subter alligato nudo sedet barbarus, impositura, altera palmam fert. Inscriptio ab latere sinistro. C. FVND. infrà. Q. Hunc nummum argenteum nobis Romæ ostendit Dñs Gabriel Faërnus.

In una parte.

*378. Mars effigiatur, galea cristata armatus, lævafacie, barbatus, palliatusq;. ad sinciput legitur. MARS.

In altera.

Tria signa militaria constituta. Medio loco Aquila aram propter defixa est quadrangulam. Inscriptio. SIGN. RE. Nummum hunc argenteum mihi ammonstrauit D. Bilibaldus Pirckeria Norimbergæ.

In una parte.

379. Roma occurrit galeata, lævo obtutu, qua forma sæpè occurrit aliàs. ad cervicem. L. LVCRETIVS.

In altera.

*Cygnus iuvenem, collo alis ac ala fulcitum dextrorsùm vectat. Hinc inde. RO—MA. infrà. T. VETVRIVS L. F. Argenteum hunc nummum memini me vidisse Romæ apud D. Alexandrum Corvinum.

In una parte.

380. Roma videtur galeam cristatam, alatam capite gerens, lævo obtutu. ad sinciput. ROMA. Subter mentum denarij nota. X.

In altera.

Delphinus inversus, in tridentem involutus est. infrà.

AP. CLAVDIVS

AP. CLAVDIVS R. Nummum hunc argenteum me uidisse memini Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

1. Roma galeata effigiata est, læua facie. Sine nominis epigraphe ulla.

In altera.

Victoria alto curru quadrijugorum equorum ad læuam decurrit semitam. Infrà. literæ erant. P. CL. F. MEM. Nummum hunc argenteū memini me uidisse Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuchserum.

In una parte.

2. Roma uidetur galeata, læuo obtutu, ut sæpè antè à nobis est descripta. Ob os. lituus. Inscriptio. EX. S.C.

In altera.

Himnulus uidetur ad læuam currens uiam. In dextra parte est lauri ramus. infrà. L. FVRIVS L.F. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

3. Roma occurrit eodem ornatu, quo sæpè à nobis è adumbrata. ad sinciput. ROMA.

In altera.

Struthio fœmina auis laudatissimis pennis, ad dextram incedit. Hinc inde. lauri ramulus & palma. Inscriptio supra infraq3. SCIPIO IMP. Hunc argenteum nummum mihi seruo.

In una parte.

4. Romæ effigies galea cristata alata ornatæ habetur, læuo uultu. Inscriptio. ROMA. EX. S.C.

In altera.

In altera.

Ceruus ad læuam tenalit. Suprà. SENGIVS SVL. ante feræ pectus. ROMA. Nummum hùnc argenteum vidi Lugduni apud Carolum à Porta.

In una parte.

385. Romæ eadem effigies, ut suprà. Inscriptio. ROMA. Scrio IMP.

In altera.

Onager ad dextram viam incedit, capistratus. infrà. MAVRITANIA. Nummum hunc argenteum me' vidisse memini Romæ apud D. Antonium Aug.num.

In una parte.

386.* Caphalicon muliebre video, læuo obtutu, capillo catamistrato, ad synciput in nodum aureum intervicto. à cervice legitur. ROM.

In altera.

Victoria in sella sedens, una manu patinam tenet auream, altera palmam, ad lævam conversa. intra sedis pedes. sunt literæ. ST. infrà. VICTRIX. Hunc nummum argenteum habet D. Antonius Perenotus Rs.mus Atrebas.

In una parte.

387. Neptunus senex depingitur, læua facie. ad cuius cervicem assurgit tridens. Inscriptio. MAGNVS IMP. ITER.

In altera.

Columna alta. in qua manubiæ maritimæ impositæ sunt, acrostolia plurima, & media anchora, affixusq; infrà clauus. Inscriptio. PRÆF. CLAS. ET. ORÆ MARIT. EX. S.C. Nummum hunc argenteum memini me' vidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una.

In una parte.

8. Pompeius Jano bifronti similis, laureatus, imberbis, cuius utraq; facies eadem est. Supra verticem. MAGN.

In altera.

Rostrum nauis bellicæ, tectæq;, ad sinistram oram spectat. Suprà videtur. PIVS. Nummum eum æreum vidimus Venetijs apud D. Sebastianum Erizum Venetum, & bellum, & rarum.

In una parte.

9. Cn. Magnus, seu Pompeius occurrit læua facie, apto capite. Inscriptio. CN. MAGNVS IMP.

In altera.

Congratulationis ob res clarè gestas signa sunt euidentißima. Prouincia stolata, in armor cumulo stans, hastam ferens manu læua, atq; ad secundam oram appulsus Imp. armatus, thoracatus, paludato, ac parazonio (quod læua gerit) munitus, dextras simùl, suauia mutuum uerba comprecantes iungunt. Propter Imp. in summa unda ad ripam nauis est Prætoria, cuius proræ est adfixa aquila: transtris q remex aßidet. Inscriptio. PR. Q. infrà. M. MINAT. SABIN. Nummum eum argenteum Norimbergæ vidi apud D. Bilibaldum Incuriam.

In una parte.

Neptunus effigiatus est, læua facie, detecto capite, ob cuius os est tridens, Sub collo uerò Delphin. Inscriptio. NEPTVNI.

In altera.

Nauis bellica Hepteris, & remis & uelo utens, sinistrù

æquor

æquor sulcat. Clauo assidet nauclerus. In transtris remiges. In parte dextra, antennarum cornu uicina est stella. infrà. Q. NASIDIVS. Nummum hunc argenteum memini me uidisse apud D. Antoniũ Augustinum.

In una parte.

391. Pompeius effigiatur, læuo obtutu, cuius in collo togæ nodus adparet. Inscriptio. SEXTVS POMPEIVS.

In altera.

Trinacria, hoc est, in trygoni formam coniuncta inter se trifemora, quibus tria Sycilia promontoria significauit antiquitas, reperitur. absq; inscriptione. Nummum hunc argenteum apud me habeo.

In una parte.

392. Roma uidetur cristatam galeam induta, læuo obtutu. Inscriptio. M. POBLICI. LEG. PROCOS. PR.

In altera.

Congratulantium euidentia sunt indicia. Hispania etenim prouincia stolata, gemina gerens tela, defixis sursum aciebus, ac Imp. armatus probè, in rostro nauis, quà eò loci adpulit feliciter, stans, paralonio cinctus, dextras simul iungunt: amicè mutuũ affati. Ad hæc Victori palma præstruitur. Inscriptio. CN. MAGNVS IMP. Nummum hunc argenteum mihi Norimbergæ commonstrauit D. Bilibald. Incuria.

In una parte.

393. Neptunus Deus depingitur, capillo & barba prominulis, obtutu læuo, cuius è collo retro pullulat tridens. Inscriptio. MAGNVS IMP. ITER.

In altera.

In altera.

Trophæum è nauali Victoria collatum. Conto in alto galea infixa, cui pro crista est tridens inde thorax, inter rostrum & acrostolium. inde aries, & gubernaculum, infimo loco est anchora. Inscriptio. PRÆF. CLAS. ET. ORÆ. MARIT. EX. S.C. Nummum hunc argteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

4. Pompeius Magnus cernitur, detecto capite, ad læuam inspectans, ante retroq; trulla & litæus conspiciuntur. Inscriptio. MAG. PIVS IMP. ITER.

In altera.

Neptunus Deus nudus corpore subnixo stans, dextra manu acrostolia tenet nauium, dextro pede rostrum conculcans, læua lateri adpressa. Ab utroq; huius latere uiri nudi constituti, sublatas humeris, uelut Crebo ereptas, incolumes è pyratarum incursionibq; coniuges in aliud solum transferunt, quæ supplices Deo propitio uota reddere uidentur. Suprà. PRÆF. infrà. CLAS. ET. ORÆ MARIT. EX. S.C. Nummum hunc argenteum apud me domi habeo meæ.

In una parte.

5. Nauis Prætoria tecta, ad pugnam egregiè instructa, ad læuam partem tendens. Cuius in prora Aquila defixum est signum. in puppi tridens Neptuni, & Supparum. In carina turris altissima, è qua milites tela, ac machinas in hostem tutò, ac commodè eiacularentur. Superscriptio. MAG. IMP. ITER.

In altera.

Neptunus.

*Neptunus lati maris potens Deus, ac domitor, inter suas belluas occupatus, ac medius, mirum, quam utroqꝫ lacerto, librato conto, inclinato ad ictus capite, ac corpore interneciones hosti minetur occursuro: nisi undarum, procellariemqꝫ tempestatem uerbere temperare dixeris. Superscriptio. PR. CLAS. ET. ORÆ MRIT. EX. S.C. Nummum eum argenteum apud me domi adseruo meæ.

In una parte.

396. Libertatis imago uidetur tutulata, capillo eleganter pexo, ad ceruicem in nodum reuincto, monili gemmato ornata, tunicata, ad sinistram conuerso uultu. Inscriptio. LIBERTAS. M.T. CICERO COS.

In altera.

Corona ciuica. in qua media legitur. EX.S.C. P.P. OB. CIVES SERVATOS. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustenum.

In una parte.

397. Cicero depingitur, dextrorsum obtuens, corona ciuica coronatus. Sine nominis decore ullo.

In altera.

Elogium habetur huiusmodi, honori &c. positum. LIBERATORI PATRIÆ. Nummum hunc argenteu memini me uidisse apud D. Joannem Jacobum Tuccher Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

398. Cestius uidetur laureatus et obuelatus, læua facie. Inscriptio. L. PLAET. CEST.

In altera.

Securis.

Securis sacra, & sympulum religionis signa sunt impßa. infrà. BRVT. IMP. Nummum hunc argenteum domi meæ habeo.

In una parte.

149. Brutus effigiatur, aperto capite, sæua facie. Inscriptio. à ceruice. BRVTVS.

In altera.

Ahala depictus est, denudato uertice, sinistrorsum obtuens, cum nominis sui titulo. AHALA. Nummũ hunc argenteum ego habeo.

In una parte.

150. Brutus effigiatus est, sæuo obtutu, denudato uertice, cum tali inscriptione. BRVT. IMP. & à ceruice. L. PLAET. CEST.

In altera.

Libertatis sunt indicia, quam reipublicæ, à Cæs. oppßæ Brutus cum Cassio pepererunt. Namq; inter pugiones, queis in Senatu Julium confoderunt, pileus, qui seruis manumißis in signum daretur, infraq; cruenta illius cædis dies subiectus. EID. MART. Nummũ hunc argenteum in thesauro suo habet D. Soãnes Jacobo Fuccherus Augusta Vindelicorum.

In una parte.

151. Libertas effigurata, sæuo obtutu, laureata. Inscriptio. LEG. COSTA.

In altera.

Trophæum est è galea, geminis clypeis, transuersis telis, ac sago militari gemmis fimbriato comparatum. Inscriptio. BRVTVS IMP. Nummum hunc argenteum Norimbergæ apud D. Bilibaldum Incuriam.

In una.

In una parte.

402. Vesta effigiata, tutulo ornata, ac uelata caput, sæuo ore, cum huiusmodi inscriptione. K. SES. CAEP.

In altera.

Ara tripes, infulis ornata, inter quas hinc interligata securis sacra. in solo iacet aprenum caput, inde sympullum. Inscriptio. CAEPIO BRVTVS PROCOS. Nummus hic argenteus uisus est à me apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

403. Libertas dea effiguratur, læua facie, inaueri, ac corona laurea decorata, capillo pexo. ad ceruicè legitur. LIBERTAS.

In altera.

Brutum coniuratorum in necem Cæs. principem, consciscratorum turba sequitur. Præuentem togatu, uario iam animo uoluentem alto, armati sequuntur in curiam. infrà. BRVTVS. Nummum eum argenteum memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

404. Seruilius Augus depingitur, aperto uertice, barbato, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. L. SERVILIVS AVGVR.

In altera.

Castor & Pollux occurrunt, paribus armis induti, galeati, ac thoracati, quorum suprà uertices adparent stellæ: ad diuersas cæli plagas conuersi, hastas singuli tenentes,

tenentes, ac paralonia. Inscriptio nulla adparet. Nummum hunc argenteum uidi Norimbergæ apd D. Bilibaldum Incuriam.

In una parte.

-05. Iuno sospita effigiata est, ad læuam inspiciens, caprinam pellem gerens capite. ad Deæ ceruicem adparet Salutis signum. ✠. Inscriptionis nihil addictum.

In altera.

In sinistram partem gryphus peruolat. Sub quo adparet securis. & infrà. L. PAPIR. Nummum eum argenteum habet Francofordiæ D. Hieronym. Agnäng.

In una parte.

06. Iuppiter uidetur laureatus, læua facie. ad cuius ceruicem est tale signum. ✠.

In altera.

Victoria trophæum insigne, è galea, cuspide, thorace, clypeo, cui ad pedem captiuus nudus retro manibꝰ ligatis adsidet, adfixumqꝫ est bellicum instrumentũ barbaricum, capite colubrino, quod ex deuictis ipsa construxit, serto ornat laureo, humero palmã ferens. Inscriptio. C. FVNDA. infrà. Q. Argenteum hunc quinarium uidi Francofordiæ apud D. Hieronymũ Agnimum.

In una parte.

07. Terentius effigiatur læuo ore, obæso; cuius in læuo humero togæ lacinia adparet. Ob eius os è incisa palmulà. Inscriptio. TERENTIVS.

In altera.

Seruus Apher tunicam breuem indutus, equum nobilem

nobilem ad lauam ire nitentem habena retinet. palma manus dextræ aperta, ac in altum iactata, iubilantis instar. Literæ aliquot adparent. I T. . . . IVS. Nummum hunc æneum ego habeo, max.

In una parte.

408. Orientis caput radiatum, in obtuentem patet, circumsparso capillo, ab utroq; tempore: absq; nomis epigraphe.

In altera.

Nauis, reticulato opere facta, dextrorsum uado labitur. Huius prora turrim habet prealtam, contra hostiles conatus factam. Summo in tabulato Ceres, Salusq; Deæ constitutæ, ad aras proximas, quaq; sacrū faciunt. Ceres cornucopiæ læua altius egerit, Salus depressa læua prætextam in latere colligit. Inscriptio superior. L. MVSSIDIVS LONGVS. infrà. C. LONGIN. Nummum eum argenteum mihi commonstrauit D. Georgius Kanalerus, LL. Doctor. Norimbergæ.

In una parte.

409. Catonis facies, capillo fluctuante, impexo, ad læuam conuersa. à ceruice. M. CATO.

In altera.

Victoria ad pudem nuda in sella sedens, una manu lauream coronam pretendēs, altera tenet palmæ ramum, humero remissum. infrà. VICTRIX. Cū nummum argenteum uidi Norimbergæ apud D. Georgium Kanalerum, LL. Doctorem.

In una parte.

Libertas.

10. Libertas dea effigiata est, læuo obtutu, monili baccato conspicua, tunicata. ad huius ceruicem pileus è adsssus. deinde legitur. MAXSVMVS.

In altera.

Pompeij ambo, nimirum Cn. & Sex. stant aduersi in obtuentem, maris potentes Domini, galeis cristatis insignes, ambogz togati, dextris summas hastas habentes. His utringz uicina rostra nauium, in uadis nant, illisqz superiecti temones, pronis, clauis, gubernaculis supinis, Maiorgz pater à dextris aliud rostrũ pede læuo premit. A dextris est litera. D. infrà. MA. . . . Nummum hunc æneum uidi Norimbergæ apud D. Georgium Kandlerum, V. Doctorem.

In una parte.

11. Ariadne cernitur, læua facie, corona pampinea coronata, capillo mirè pexo. sine nominis inscriptione.

In altera.

Proserpina stolata, in curru serpentium, ad lævam inuehitur, ambabus manibus accensas tenens faces. Biga extremo limbo ciconia auis superstat. infrà. M. VOLTEI. M. F. Nummum hunc æneum uidi Norimbergæ apud D. Georgium Kandler, V. Doctorem.

In una parte.

12. Fidei effigies laureata, capillo mirè pexo, læua facie, monili baccato ornata. Ob os legitur. FIDES. à ceruice. A. LICINIVS.

In altera.

Eques Romanus, lævam ad uiam citissimè currens, prostratum humi barbarum supplicem tamen, crinibg arreptum,

L.

arreptum, secum trahere nititur. Inscriptio superior partim commaculata est . . . III VIR. infrà. NERVA. Nummum hunc argenteum vidi Norimbergæ apd D. Georgium Kandlerum, U. Doctorem.

In una parte.

413. Aquila in fulmine stat, explicatis latè alis. Inscriptio. PETILLIVS CAPITOLINVS.

In altera.

Templum hexapilon, ternis gradibus instratu, contra intuentem patet. Cuius in tympano victorem sedentem, supplices hinc inde adorant. Per tympani exteriores angulos, aquilæ, ac altæ imagunculæ, hastatæ, collocatæ sunt. Inter columnarum ordines, serta florum propendent. Inscriptio nulla adparet. Nummum hunc argeteum vidi Norimbergæ apd D. Georgium Kandlerum, U. Doctorem.

Ex auro.

Ex auro.

In una parte.

414. Juppiter Capitolinus effigiatus est diadematus, dextro ore, toto pectore conspicuus, per cuius humerū lævū togæ lacinia transpendet, cum huiusmōi Epigraphe. I. O. M. CAPITOLINVS.

In altera.

Vesta uelata sedet in alta eburnea sella, scabello pedibus subiecto fulcita, prætextam sacram induta, una manu patinam tenens auream, altera accensā facem. Inscriptio. VESTA QVIRITIVM. Nummū hunc aureum uidisse me recordor apud Rs.mum. D. Epūm Atrebatem.

Nummism.
L. ij.

Nummismata ænea Diis Rom. inuectorata.

In una parte.

1. Salus dea laureata, sæuo obtutu, capillo calamistrato, tunicata. Sine ulla inscriptione.

In altera.

Ara tripes alta adparet. cuius in summitate è patina. Hinc inde. S—C. Nummum hunc æneum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

2. Gryphus sedens, anteriori pede dextro rotam continet. Inscriptio nulla. In alio ære gryphus est ad læuam conuersus.

In altera.

Aræ tripodi, sic satis eductæ, patina est imposita. Hinc inde. S—C. Nummum hunc æneum uidisse me recordor Romæ apud D. Antonium Aug.num.

In una parte.

3. Cristata Mineruæ galea est impressa. Sine ullis literis.

In altera.

Noctuam deæ auem reperio, ad læuam conuersam. Hinc inde. S—C. Nummum eum æneum meminime uidisse aliquando Romæ apud D. Antonium Aug.num.

In una parte.

4. Minerua effigiata est, galeam cristatam induta, sæuo aspectu oris, tunicata. absq; ullo monumento literarū.

In altera.

Noctua.

Noctua dea est auis impressa. Hinc inde. S—C.
Nummum eum æneum uidendum mihi dedit Romæ
D. Antonius Augustinus.

In una parte.

5. Mercurius petaso alato inductus, læuo ore cernitur,
absq; inscriptione.

In altera.

Caduceus dei erectus, cum lateralibus literis. S—C.
Nummus hic æneus mihi uisus est Romæ apud D.
Antonium Augustinum.

In una parte.

6. Petasus Mercurij uidetur, absq; alio signo.

In altera.

Caduceum uidere est erectum. Hinc inde. S—C. Aenea
hæc parmula à nobis delineata est Romæ apud D. Anto-
nium Augustinum.

In una parte.

7. Mars effigiatur galeatus, ac paludatus: læuo ore, absq;
inscriptione ulla.

In altera.

Thorax æneus imprimitur. Hinc inde. S—C. Hunc
nummum æneum mihi uisum memini Romæ apud
D. Antonium Augustinum.

In una parte.

8. Iuppiter, deorum pater, & rex, occurrit, læua facie, dia-
dematus, palliatus, absq; epigraphe nominis

In altera.

Aquila sublatis alis euolatura iamiam adparet. Hinc
inde. S—C. Nummus hic æneus mihi uisus est Romæ
apud D. Antonium Augustinum.

In una.

In una parte.

9. Bacchus cernitur, læuo obtutu, corona hederacea coronatus. absq; inscriptione.

In altera.

Corona florea. in qua media est. S—C. Nummum eum æneum uidimus Romæ apud D. Anton. Aug. num.

In una parte.

10. Vesta dea uidetur obuelata caput, uerbena caput sacra cincta, læua facie; citra nominis memoriam ullam.

In altera.

Corona laurea impressa est. in ea media legitur. S—C. Aeneam hanc parmulam Romæ nobis commonstrabat D. Antonius Augustinus.

In una parte.

11. Iuppiter effigiatur, lauro coronatus, læua facie. absq; ulla inscriptione.

In altera.

Aquila sublatis alis, ad dextram conuersa, in fulmé stat, rostro lauream tenens. Hinc inde. S—C. Hunc nummum æreum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

12. Cephalicon uirile cerno diademate reuinctum, lęua facie. Ob os sunt literæ. L. ATAL.

In altera.

Aquila in fulmine stat, explicatis latissimè alis, ad uolatum. à cuius parte sinistra uidetur amula ansata. Inscriptionis præterea nihil. Nummus hic æneus mihi Norimbergæ est uisus apud D. Bilibaldum Incuriam.

In una parte.

13. Concordia dea effiguratur, laurea, tutuloq; spectabilis, læuo aspectu, tunicata. absq; inscriptione.

In altera.

Turtur auis ob oculos proponitur ad læuam tendens. infrà. S.C. In alio. in diuersum pergit, medioquè loco stat inter literas. Utrosuis æneos orbes habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

14. Diana uenatrix, capillo leuiter conuoluto, læuo obtutu, aperto collo. ad ceruicem arcus & pharetra adparent. Inscriptionis pars interijt. PR. II. VIR. infrà. VII.

In altera.

Bos ad læuam uiam it benè saginatus. Inscriptio. C. BALBO. PROCIO. Nummum eum æneum uidi Norimbergæ apud D. Bilibaldum Incuriam.

In una parte.

15. Cephalicon est muliebre, læuo obtutu, corona uallari ornatum, inauriq;. à ceruice legitur. CRIANVS.

In altera.

Palma arbor est impressa. Hinc inde. S–C. À dextra parte. L. POSTHV. à sinistra. Q. MAMILIV. Nummũ hunc æneum uidisse me Lugduni memini apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

16. Concordia dea depingitur, læua facie, capillo in aurũ uariè circumligato. sine inscriptione.

In altera.

Turtur.

Turtur auis est impressa, sinistrorsum spectans. Hinc inde. S–C. Aeneus hic nummulus apud me cernitur.

In una parte.

7. Vesta dea obuelata caput, cernitur, sæua facie. absq; literarum monumento.

In altera.

Corona laurea, in qua legitur. S.C. Nummum hunc æneum perpusillum uidi Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

8. Cephalicon est muliebre, turrita cinctum corona, sinistrorsum declinans oculum. Sine literis ullis.

In altera.

Bacchus nudus, metus & timoris omnis expers, lætitia affusus, tygri sua, dextra manu io, euoë, uociferans, læua in feræ caput, qua illam demuloet, imposita, citato cursu sinistrorsum inuehitur. infrà. ROMA. Nummum hunc aneum mediocrem me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinũ recordor.

In una parte.

9. Roma uidetur galea cristata insignis, sæuo obtutu: absq; ulla epigraphe.

In altera.

Laurus conspicitur satiua. Hinc inde. S–C. Hunc nummum . . . . . memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

10. Gryphus ad læuam conuersus, sedet, sæuo sub ungui *rotam tenens.

In altera.

In altera.

Ara tripes, accensa uidetur. Hinc inde. S–C. Cum nummum æneum memini me uidesse Romæ apd Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

21. Iouis Hammonis caput, lævo obtutu. Sine nominis allo monumento.

In altera.

Elephas demissa promuscide, ad lævam tendit, reticulato corio armatus, contra telorum ictus, & mucronum punctiones. Sine inscriptione. Nummum hunc æneum mihi Lugduni commonstrauit Dns Julius Calestanus.

In una parte.

22. Roma galeata, ac laureata uidetur, lævo uultu. absq; inscriptione.

In altera.

Equinum caput, habenis compressum, ad sinistram spectans: quod advolans Victoria laureo ornat serto. ad cervicem eius, est falcula. infrà. ROMA. Nummum hunc æneum vidi Romæ apud D. Achill. Maphæum.

In una parte.

23. Roma uidetur galeata, lævo aspectu, tunicata. absq; inscriptione.

In altera.

Æquitas dea tunicata, patagiata, una tenet manu æquilibram, altera cornucopiæ. Hinc inde. S–C. Nummulum hunc æneum Romæ conspeximus apud D. Alexandrum Corvinum.

In una.

In una parte.

24. Minerua Dea effigiatur, galeam criſtatam induta, læuo obtutu, tunicata. Sine inſcriptione.

In altera.

Noctua deæ eſt impreſſa. Hincinde. S—C. Hunc nummum æneum domi meæ ſeruo exiguum.

In una parte.

25. Roma uidetur galeam criſtatam induta, inaueriq3 ornata, læuo obtutu. absq3 inſcriptione ulla.

In altera.

Raſtrum nauis uideo, ad dextram conuerſum. Supra id ſpica iacet. infrà. clauus. Supra nauis Latera. roma. Nummum hunc æneum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

26. Iappiter occurrit laurea coronatus, læuo aſpectu. absq3 ullo titulo.

In altera.

Victoria in quadriga, perniciſſimis equis adſiniſtrá ſemitam pertrahitur, ſcutica, quam læua tenet, equos adigens. Inſcriptio nulla. Nummus hic æneo mihi uiſus eſt Venetijs apud D. Sebaſtian. Erizum.

In una parte.

27. Corona querna uidetur. in qua media eſt globus. absq3 inſcriptione.

In altera.

Victoria ad dextram uiam incedit, uolitante habitu, dextra manu lauream commonſtrans, altera palmã, pede dextro in globo inſiſtens. ante deam. EX. Hunc nummũ æneum habet Antonius Auguſtinus Romæ.

In una.

In una parte.

28. Mars galea cristata indutus cernitur, læuo ore. absq; inscriptione.

In altera.

Thorax dei affabrefactus, ac transuersum telum. Hinc inde. S—C. Nummum hunc æneu uidi Venetijs apud Rs.mum Patriarcham Grimæum.

In una parte.

29. Mercurius petasatus, ac pænula scortea indutus, læuo ore cernitur. absq; inscriptione.

In altera.

Gallus gallinaceus ad læuam partem prospectat. Hinc inde. S—C. Nummum hunc æneum me uidisse recordor Romæ apud D. Antonium Aug.num.

In una parte.

30. Concordiam deam uideo, conuoluto decenter capillo, læuo ore, tunicata. absq; inscriptione.

In altera.

Iurtur deæ auis ad læuam pergit. Hinc inde. S—C. Nummum hunc æneum uidimus Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

31. Romam reperio galeatam, læuo obtutu. absq; inscriptide.

In altera.

Æquitas dea stat tunicata, patagiata, una manu æquilibram demittens, altera cornucopiæ tenens. Hinc inde. S—C. Nummum eum æneu uidi aliquando Romæ apud D. Antonium Aug.num.

In una parte.

Hercules.

82. Hercules effigiatus est, læua facie, pellem leoninam capite gestans. sine nominis inscriptione.

In altera.

Arcus tensus, pharetra, & claua impressa sút. mediâ intercapedine sunt duæ literæ. B. A. Nummum hunc æneum uidi Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

83. Mars effigiatur læuo uultu, galea cristata decorus, thoracem inductus, ac paludamentum, conuerso ad nos dorso. Inscriptio nulla addita.

In altera.

Thorax elaboratissimus, Vulcano artifice dignus, ac paludamentum pretiosissimum conspiciuntur. Hinc inde. S—C. Nummum hunc æneum paruum mihi uidere contigit Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

84. Petasus Mercurij deformatus est. Sine ulla literar adscriptione.

In altera.

Caduceus erectus, cum lateralibus literis. S. C. Nummum hunc æneum paruum nobis commonstrauit Lugduni D. Gulielmus Caulæus.

C. IVLII.

C. IVLII. CÆS. NVMISMATA.

Et primum ænea.

In una parte.

1. Julius Cæsar deprehenditur, ad læuam respiciens, corona laurea coronatus, post ceruicem rostrũ nauis inuersum: in quo, ceu in fascia aut tabella legitur. IVLIVS.

In altera.

Octauianus effiguratur, citra decorem ullum, aut redimiculum capitis, ad sinistram itidem spectans, qui ad synciput supparum habet: ob os inscriptionem hanc. CAESAR. Hunc æneum nummum amplum satis, rarum admodum, ac elegantem Reuerendissimus D. Alexander Farnesius Cardinalis, dono ex me accepit, Romæ.

In una parte.

2. Julius Cæsar cernitur laurea donatus, sinistro uultu, denudato collo, cum adscriptione. DIVI IVLI.

In altera.

Curru triumphali palmis sculpto trabeatus Cæsar, dextra lauri habens ramum, altera habenas moderans sinistrorsum inuehitur: quatuor Elephantis trahentibus, suprà. L^s. infrà. S–C. Nummum hunc æneum habet Romæ inter suas Antiquitates D. Antonius Augustinus.

In una

a.

In una parte.

3. Julius Cæsar effigiatus est laureatus, sinistrorsum intuens, aperto collo, cum breui Epigraphe. DIVOS IVLIVS.

In altera.

Octauianus depingitur apertis capite & collo, obtutu læuo, cum nominis titulo. CAESAR DIVI F. Nummum hunc æneum spectabilissimum adhuc domi meæ habeo.

In una parte.

4. C. Julius Cæsar laureatus cernitur, læuo uultu, sine literis.

In altera.

Labirinthus effiguratus, quadrangulus. Inscriptio, in uno tantum angulo pro minima sui parte præseruata est à uetustate. PETRONIVS . . . . . Hic nummus æreus apud Dominũ Rinaldum Odonem Venetum, mediocri magnitudine est à nobis uisus.

In una parte.

5. Caput Veneris, læuam respicientis monili ornatæ cernitur, nullo tamen ornatũ titulo.

In altera.

Julius Cæsar irradiatus, prætextatus, stat, dextra manu sympunium tenens, supra accensaz aram uittatam, sinistra lateri adpræssa. Inscriptio. COL. IVL. COR. Nummum eum æneum mediocri amplitudine Romæ apud Dm̃ Antonium Augustinum delineaui.

In una

In una parte.

6. Julius Cæsar laureatus, Læua facie, cum inscriptione ob os posita cernitur. PATER.

In altera.

Par boum sinistrorsum arantium impressum est, quos togatus Imp. dextra stiuam aratri premẽs, scutica agit, supra animantia sunt hæ lr̃æ. C. A. A. A. Infrà. PATRIAE. Hunc nummum æneum apud Dominum Taueram uidimus mediocrem

In una parte.

7. Veneris caput, Læuam intuentis, capillis intortis, inauri moniliq̃ ornatæ, tecto summo pectore, impressum est, non addito titulo.

In altera.

Bellerophontem cum Chymera pugnantem, Victoria inter summitates alarum pegasi collocata laurea donat. Superscriptio. CAK CIKMIC EIIEIO. extraq̃ hanc literarũ seriem est. E. Inferius est. BVII. Hunc nummum mediocrem æneum, apud Reuerendissimum D. Patriarcham Aquileien. uidi Venetijs

In una parte.

8. Julius Cæs. laureatus, & Octauianus aperto capite, ita effigiati, ut diuersam quisq̃ cælo plagam obtueantur, ille dextram, hic sinistrã, supra ambos. IMP. Deinde à dextris incipit. DIVI IVLI. CAESAR DIVI F.

In altera.

In altera.

Nauis Imperatoria contecta, sinistro mari uadit, ad bellum æquè instructa, ac si munitissimum uallum, aut arcem inspiceres. In carina enim turres, & propugnaculum eminentissimum constructa sunt, unde tutò hostem propulsarent milites, nec uno tabulato, sed plurimis paulatim gracilescentibus affabrefacta, commoda militum receptacula. Literæ obscuræ erant. C. V. . . infrà. TORIA. Nummum hunc æneum amplum ego domi seruo, apud meas Antiquitates.

In una parte.

9. Veneris caput, capillo fluctuante, ad synciput annullo compresso, læua facie, non addita ulla litera.

In altera.

Bellerophon è pegaso, uibrato dextra telo, chymeram confodit. Inscriptio. C. CAECILIVS IO E. Subscriptum est. IIVIR. Nummum hunc æneum mediocrem D. Antonius Augustinus nobis aliquando Romæ commonstrauit.

In una parte.

10. Jul. Cæsar laureatus depingitur, læua facie, cum nominis epigraphe. CAESAR IMP.

In altera.

Corona laurea est. In ea media Victoria, dextrorsum nitens, una manu Lauream porrigens

porrigens coronam, laeua palmam. Hincinde. VICT-AVG. Nummum hunc aeneum mediocre uidi Lugduni apud Dm̄ Gulielmum Caulium.

In una parte.

11. Julius & Augustus, auersis ab inuicem uultibus expressi sunt, uterq; inornatus. Infrascriptum legitur. DIVI F.

In altera

Rostrum nauis, ad sinistra mouentis (in qua & patinae signum uidetur) habes, sine inscriptione. Hic aereus nummus mediocris est apud Aeneam Vicum Parmen̄. Venetijs conspectus.

In una parte.

12. Julius Caesar depingitur laureatus, laeua facie, aperto collo, cum literis à ceruice adpressis. LAV. R

In altera.

Bellerophon pegaso subuehitur sinistrorsum, subleuata dextra gestientis gestu. Supra quem inscriptionis fragmentum ... RTO. AEGIPTOS. Subtus. IVLIO IIV. Nummulum hunc aeneum nobis commonstrabat Romae Julius Calestanus.

In una parte.

13. Julius Caes. laurea donatur, & Augustus nudo capite, ita depinguntur, unus ut dextra, alter sinistra sit facie, differentesq; aeris tractus obtueantur. Supra. COS. IMP.

Deinde

Deinde per circumferentiam æris, quantum assequi potuimus. DIVI IVLI F. CAESAR. Medio loco horum inter Icones palmula è erecta.

In altera.

Nauis bellica alta, quinqueremis, uariè instructa, læuum æquor percurrit: in qua media* globo ingens obuolutus adparet, ac in catastromatis columna ingens, nisi turrim dicere malimus, unde hosti uis propulsando inferri commodius, è sublimi proiectis telis, posset. infrā, literarū fragmenta adhuc adparebant.... TORIA. Nummum eum ex ære satis magnum, meas apud antiquitates habeo domi.

In una parte.

14. Venus capillo undatim intorto, sub syncipite illigato, monili ornata adparet, sinistrorsum intuens. Inscriptio nulla hic adiecta.

In altera.

Bellerophon pegaso uectus, ad læuam uersus, spiculo armatus, cum chymera congreditur. Inscriptio. COL. IVL. COR. Nummum hunc æneum mediocrem, apud D. Antonium Augustinum Romæ uidimus.

In una parte.

15. Julius cæsar laurea coronatus, dextro uultu, ac M. Antonius læuo effigiati sunt, detecto capite. inter quos signa religionis sunt, Albogalerus ad illius ceruicem adpressus, trulla ueluti recidens subter collum huius, ac rostrum nauis.

In altera

7.

In altera.

Concordiæ symbolum licet conspicari. Duæ coniunctæ sunt manus ad caduceum mediũ inter palmæ lauriq; ramulos transuersim supra se inuicem positos. Latera præterea religionis signis sunt signata, sympullo, patinaq; lituo affixa. Sub quibus omnibus legitur. AVGVSTI DIVI F. Nummus hic æneus mediocri amplitudine à me Genuæ in Allobrogibus apud quendam nobilem Gallum conspectus est.

In una parte.

16. Julius delineatus est, sine ullo radiorum capitis ad sinistrum partem obtuto uerso, cum inscriptione. DIVI IVLI.

In altera.

Lupa sinistrorsum tendit, supra quam legitur. ILERDA. Sic æreus nummulus apud Americum Americij Bononien. mihi commonstratus est Venetijs.

In una parte.

17 Victoriæ imago, capillo leuiter passo, ad sinciput adnodato, cum talibus literis obuolis adscriptis. CAESAR DIC. TER.

In altera.

Minerua galeata, Ægide, Medusaq; capite sculpto clypeo munita, necnon tunicata, dextrorsum pergit, humero dextro Tropheum ex hoste receptum gestans. Ante quam

Erychthonius

Erychtonius humi repit serpens. Inscriptio. C. CLOVI. PRAEF. Apud me est hic æreus nummus domi

In una parte.

18. Iul. Cæsar habetur Laureatus, læua facie, læuo cuius in humero toga Lacinia adsparet. Inscriptio. DIVI IVLI.

In altera.

M. Antonius āc Cleopatra effigurantur, contiguis oribus, ad læuam prospicientes. Hic Apollini aut Phœbo similis, irradiatusq3, illa Iunoni, globum gerens summa fronte. Inscriptionis litera adhuc supererant aliquot. . o .. CORN. Nummus hic aeneus domi meæ asservatur.

In una parte.

19 Victoria effigiata est, læua facie, capillo ad Synciput colligato, operto pectore, post quam est stella. Inscriptio. CAESAR DIC. TER.

In altera.

Nimerua uictrix dextrorsum incedit, galea, ac ægide permunita, una manu Tropheum gerens, altera clypeum attollens, ante quam Serpens Erychtonius prægredítur. Inscriptio. C. CLOVI. PRAEF. Nummum hunc aeneum pulcherum apud me seruo.

Argentea

Argentea.

In una parte.

1. Julius cæsar cernitur, uelato capite, & laureatus, læuo conspectu, cum adscriptione lrārum. IVLIVS CAESAR.

In altera.

Mineruæ simulachrum tunicatum, exerta mamilla læua, prona facie, ad dextram spectat, una Victoriam laureæ palmæq; donatricē tenens, læua summam hastam. In solo scutum adparet. Inscriptio. P. SEPVLIVS MACER. Nummum eum argenteum habeo ego domi meæ.

In una parte.

2. Julius Cæs. depingitur laureatus, læua facie, aperto collo, cum nominis Epigraphe. IVLIVS CAESAR.

In altera.

Biga animosus iuuenis thoracatus, dextra telum uibrans, læua scutum magnum habens, sinistrorsum raptatur celerrime. Circense id nimirum ludicrum est. Varijs enim certaminibus Romana iuuentus exercebatur in Circis. infrà legitur. M. METELLVS. Hunc nummum argenteum apud me domi habeo.

In una parte.

3. Julius Cæsar ad sinistram respiciens, laurea corona redimitus, ad ceruicem sympullum, cum

infixo

infixo habet lituo, os os hæc leguntur. CAESAR IMP.

In altera.

Minerua conspicua est galeata, ac hastata, dextro calle ingrediens, sinistro cubito clypeo ouato sphæra imposito, innitens, dextra Victoriam præmiatricem, ut quæ lauream præbeat, porrigens. cum adscriptione. M. METTIVS. Ante' dicam tale est signum. ℔. Ex argento est iste nummulus apud P. Aloysium Manlium Romanum.

In una parte'.

4. Julius Cæs. adpictus est laureatus, obtutu læuo, aperto collo, cum literarum adscriptione'. CAESAR IMP.

In altera.

Minerua tunicam breuiorem indutа, inclinato ore, conuersa stat, dena Victoriam præmiatricem porrigens, altera hastam tenens transuersam, circa eius genua litera adparet. A. In alio. B. In tertio. I. Circa humerum læuum. M. METTIVS. cubito læuo in scutum innititur, globo fasciato insistente. Nummos hos argenteos memini me' uidere apud D. Antonium Augustinum, & D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte'.

5 Julius cæs. effigiatur, laurea coronatus, læuo obtutu, aperto collo, cum nominis epigraphe'. CAESAR

CAESAR IMP. Ad ceruicem Luna adparet, inter duas literas. P – M.

In altera

Venerem reperio stolatam, conuersam, declinata modicè facie, dextra manu capidinem ostentans, læua scipionem habens. Circumscriptum. L. AEMILIVS BVLA. Nummum hunc argenteum apud me domi seruo.

In una parte.

6. Julius cæsar conspicitur, laurea candidatus, læuo uultu, aperto collo, cum nominis epigraphe. CAESAR IMP. Retrò est stella.

In altera.

Mineruam uideo tunica talari indutam, conuersam, una Victoriam porrigentem, quæ in globo superstat, altera habentem hastam, iuxta deæ pedem læuum clypeus cernitur. Adscriptio. P. SEPVLLIVS MACER. Argenteũ eum nummum uidè apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

7. Julius Cæsar uidetur laurea coronatus, sinistrorsum obtuens, aperto collo, cum literarium monumento hcuiusmodi. CAESAR DICT.

In altera.

M. Antonius effigiatur, aperto capite, & collo nudo, ad læuam intuens. Inscriptio ad frontem illius incipit. M. ANTON. IMP. Nummum hunc argenteum uidimus alijs apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una

In una parte.

8. Julius Cæsar effigiatur, partim Laureatus, partim obuelatus capite, Læuo obtutu, cum nominis epigraphe. C. CAESAR COS. TERT.

In altera.

Signa religionis tria hoc orbine posita sunt, Lituus, trulla, securis sacra. infrà. ANTISTIVS PR. Nummum hunc argenteum habet in bonis D. Joannes Jacobus Tuccherus.

In una parte.

9. Julius Cæsar depingitur Laureatus, Læuo uultu, ad cuius tergum adpressus est lituus. Inscriptio. CAESAR DICT. QVART.

In altera.

Biga rapidissima iuuenis animosus armatus, Clypeo ingenti munitus, telum ualida dextra quatit, ad Læuam uiam currit. Ad circenses ludicris est spectaculum. Subscriptio. M. METTIVS. Nummum hunc argenteum mihi aliquando commonstrauit D. Guilielmus Caulius Lugduni.

In una parte.

10. Julius Cæsar uidetur Laureatus, Læuo obtutu, aperto collo, cum nominis Epigraphe. CAESAR DICT. PERPETVO.

In altera

Minerua inclinato uultu, ad dextram ire uidetur, dextra globo insistentem porrigens Victoriam præmiatricem, Læua scutum

habens

habens hastam, apud quam humi est clypeus.
Adscriptio. P. SEPVLLIVS MACER. Nummum
hunc argenteum vidi apud D. Joan. Jacobum
Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

11. Julius Cæs. cernitur laureatus, lævo aspectu,
aperto collo, cum nominis epigraphe. CAESAR
DICT. PERPETVO.

In altera.

Venus tunicata in solio sedens, dextra capi=
dinem, læva scipionem tenet eburneum.
Post sellam legitur. L. BVCA. Nummum
hunc argenteum vidi aliquando apud
Antonietum Romanum Antiquarium Romæ.

In una parte.

12. Julius Cæsar occurrit laureatus, velato capite,
læve obtutu, cum nominis commendatione.
CAESAR DICT. infrà. PERPETVO.

In altera.

Minervæ statua tunicam talarem induta,
læva papilla, dextra Victoriam habens
præmiatricem, læve cubito magno clypeo
immixa, qui in globum superpositus est fas=
cijs obvolutum. Adscriptum ad dea co=
lum. MARIDIANVS. Nummum hunc
argenteum me vidisse recordor apud D.
Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

13. Julius Cæsar habetur laurea candidatus,
velato

uelato capite, sinistra facie, denudato collo, cum titulo honorifico. CAESAR PARENS PATRIAE.

In altera.

Triumuiri monetalis nomen impressum est, ita ut in transuersum inter se dictiones sint positæ hæ. C. COSSVTIVS MARIDIANVS. ac inter quatuor crucis angulos æquali distantia literæ additæ rei testimonium faciunt euidentissimum. A. A. A. F. F. Cum nummum argenteum memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

14. Julius Cæsar effigiatus est læua facie, laurea coronatus, aperto collo graciliq̃, sine ulla adscriptione.

In altera.

Vitulus præpinguis dextrorsum tendit. supra quem legitur. Q. VOCONIVS. infrà scriptis coniungendum. VITVLVS Q. DESIGN. Ante retroq̃ beluam. S—C. Nummum hunc argenteum uidi Romæ in Musæo D. Antonij Augustini.

In una parte.

15. Aquila signum militare medium è constitutum inter aliud signum in dextro latere positum, stiuam siue aratrum ipsum à sinistris effiguratum, cum inscriptione. TI. SEMPRONIVS. Q. D.

In altera.

Julius

Julius Cæsar est Laureatus, ad lævam facie conuersa, cum his literis ante s– retroq̃. c. Is nummus argenteus D. Gentilis Delphini Romani beneficio mihi commonstratus &.

In una parte.

Julius cæs. habetur, Laurea donatus, Lævo aspectu, aperto collo, sine ullis literis.

In altera.

Globo fasciato cornucopiæ superpositum, subiectũ à dextris gubernaculum, ne labatur, sustentat. À sinistris caduceus & Albogalerus adsparent. Circumscriptio. L. MVSSIDIVS LONGVS. Nummũ hunc argenteum memini me uidisse aliquãdo apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

Julius Cæs. uidetur Laureatus, Lævâ facie, detecto collo, cum nominis nullâ epigraphe

In altera.

Signum militare Aquila medio loco constituitur, intra uicenum aliud uexillum, Stuam aratri, & sceptrum aquilatum. Inter ea meglis distantiis sunt litera. s– c. Circum. TI. SEMPRONIVS GRACCVS Q. DESIG. Hunc argenteum nummum memini me uidisse aliquando apud D. Antonium Augustinũ Romæ.

In una parte.

Julius Cæsar uidetur, Laurea donatus, sinistrorsum obtuens, barba rasa, aperto capite, sine ullis literarum uestigiis.

In altera.

In altera.

Vitulus dextro itinere incedit. Hincinde. S–C. suprà legitur. Q. VOCONIVS. infrà. VITVLVS Q. DESIGN. Nummum hunc argenteum ego habeo domi paruulum.

In una parte.

19. Julius Cæs. obuius fit laurea decorus, sinistra facie, aperto collo, sine literarum monumento.

In altera.

Venus conuersa stat, tunicam talarem induta, aperta mamilla læua, sublapso modicè uultu, dextra Cupidinem, læua summam hastam. Retro eam in latere sinistro legitur. L. BVCA. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

20. Elephas sinistrorsum uestigia præmit, chymerã obterere uidetur, infra quem legitur. CAESAR.

In altera.

Signa sunt religionis hoc ordine collocata, sympullum, aspergulum, securis cum infixo apri capite, & Albogalerus. sine ullis literis. Nummum eum argenteum apud me seruo.

In una parte.

21. Julius Cæsar effigiatur, laurea corona ornatus, sinistro uultu, aperto collo, sine literis ullis adpressis. Ob cuius os caduceus, ad ceruicẽ uerò lauri ramus adparet.

In altera.

In altera.

Taurus molomitus, detorto inter palearia capite, oppositò cornu obuiam feriturus, supina cauda celerrimè ad lauam procurrit. Supra infraq; legitur. L. LIVINEIVS REGVLVS. Nummum hunc argenteum uidimus aliquando apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

Julius Cæs. occurrit pariter laureatus, pariterq; uelatus capite, ad sinistram respiciens. Inscriptio. DIVVS CAES. IMP. PERP.

In altera.

Columna sacra aenea, cum tali laudum Cæs. praeconio. PATER PATRIAE. In una parte huius lauri ramus adparet, altera sympulum. Nummum hunc argenteum uide Romae apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

3. Julius Cæsar prodit laurea corona coronatus, sinistro orè, ad cuius sinciput est adpressa luna, & luciduum sydus. ad ceruicem situm, subter collum patina. Inscriptio. IMP. CAES. DICT. PERP.

In altera.

Laurea coronâ, è laurinis ramulis duobus contexta, cuius inter compactiles, supra infraq; signum defixum est militare. Huius inter fercula adparent litera. V.V.V. Nummum hunc argenteum domi meae seruo.

In una.

In una parte.

24. Jul. Cæs. & laureatus et uelatus habetur, læua facie. Post eum lituus in sympullo inhæret. Inscriptio. DIVVS CAESAR.

In altera.

Corona triumphalis est, in qua signa sunt religionis, sympullum, trulla, lituus & patina. Sub his legitur. PATER PATRIAE. Nummũ hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicorũ apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

25. Jul. Cæs. laureatus cernitur, læuo uultu, cũ paruo titulo. CAESAR DICT. PERP.

In altera.

Veneris est, præstantissima forma, imago, capillo pulchrè pexo, quæ præter ornatum tutuli, & quernam gerit capite coronam, gemmã prætiosam auri, uelato pectore, ante cuius pectus Cupido est, blandæ matri arridens. Inscriptio. VENVS. Nummum hunc argenteum domi meæ seruo.

In una parte.

26. Signa religionis hoc ordine collocata sunt. lituus, sympullum, trulla, patina, aspersoriũ. suprà CAESAR. infrà. IMPERATOR.

In altera.

Templum Veneris uictricis hexapilon, sertis exornatum. Quo medio in sacello eius ẽ deæ signum, ad pubem nudum, sedens,

dextra

dextra manu sublatiore in globo insistentem tenens ad ostentum, exiguum Cupidinem, altera per sinum deiecta. Inscriptio. VENERI VICTRICI. infrà. VOTA. Nummum hunc argenteum domi meæ seruo.

In una parte.

7. Jul. Cæsar uidetur laureatus, sinistrorsum obtuens, ad eius ceruicem est adpressus lituus, sine literis.

In altera.

Taurus præpinguis ad dextram uiam tendit. infrà legitur. CAESAR. Nummus hic argenteus apud me domi est.

In una parte.

8. Jul. Cæs. cernitur laureatus, læuo ore, cum nominis commendatione. CAESAR IMP. ITER.

In altera.

Curru ~~simili~~ sublimi, sertis obuincto, uictoriarum signis intersculpto, thoracatus Imp. ac paludatus, laureatusq̃, lauri ramum tenens dextra, læua sceptrum, ad læuam uiam inuehitur, quadrijugorum equorum. Inscriptio corrosa erat. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicorum, apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

9. Jul. Cæs. uidetur laureatus, læua facie, cum nominis encomio. CAESAR DICTATOR PERP.

In altera.

Venus

Venus basso capillo, tunicata patagiata, in affa-
bre facta sella sedet, scabello pedibus subiecta.
(Aquila, lupaq; in sellæ anteriori parte insul-
pta sunt.) dextra manu globum tenens, altera
charum Cupidinem paruum amplectens, una
sagittam, altera arcum tenentem. Inscriptio.
VENVS. Nummum eum argenteum domi
meæ asseruo.

In una parte.

30. Venus victrix depicta, facie præstantissima,
dextra, capillo calamistrato, ad synciput
in nodo aureo collecto, reticulo ornata ar-
genteo, sine inscriptione.

In altera.

Trophæum insigne è barbaricis armis collectu
imprimitur, è galeis, pharetris, ensibus, te-
lis, scutis, cetris, clypeis, pilis, securibus, fal-
cibus, & alijs, quorum ingens aceruus in solo ad
conti radicem passim iacent, inter quæ alia
assident captiuæ prouinciæ, ob inuicem, ob
indignationem mœrorem q; auersæ. *Cartha-
ginis, *Corinthiq; euersiones significari autumem.
Inscriptio erosa erat. Nummum hunc
argenteum domi meæ habeo.

In una parte.

31. Iulius Cæsar laureatus videtur, læua facie,
cum huiusmodi inscriptione. DICT. ITER.

In altera.

Spolia inter hostibus erepta. Imp. Statua cubat.

Quem

Quem circum sparsim, galea, clypei, pharetra, scutaq; iacent, dextra manu in umbonem innixus, læuo brachio clypeum gestans, quē ad ansam tenet. Huic Aquila Jouis nuncia, lauream cœlitus adfert aduolans. Subter eam legitur. CAESAR. Nummum hunc argenteum Gebennæ in Allobrogibus apud quendam nobilem uirum Gallum me uidisse recordor.

In una parte.

Jul. Cæsar uidetur laureatus, simul & obuelatus capite, læuo ore, à ceruice albogalerus, sub mento lituus, sunt impressa. Inscriptio. CAESAR PARENS PATRIAE.

In altera.

M. Antonius occurrit, læuo obtutu oris, aperto capite. Inscriptio. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. M. BARBAT. Q. F. Nummus hic argenteus mihi Romæ uisus est, apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

Venus depicta est, dextra facie, capillo egregiè pexo, tutulo ornata aureo, flameo præcincta byssino. Ob cuius os est lituus, retrò est sceptrum liliatum

In altera.

Trophæum habetur amplissimum, è cetris, clypeis, galeis, malleisq; confectum. In cuius radice captiuus captiuaq; desident, confecti doloribus

doloribus, ac acerbitate fortunæ. infrà. CAESAR. Nummus hic argenteus à me uisus est apud Carolum à Porta Lugaluni.

In una parte.

34. Venus effigurata est, læua facie, præstantissimæ formæ, capillo passo, tutulo, mauri trigemina, ac baccato ornata monili. Post aëre cerui= cem. M.

In altera.

Trophæum insigne reperitur, ex barbaricis col= lectum spoliis, clypeis, galeis, sago, hastis, claua, & id genus aliis. Cuius radici adsident hinc inde captiuæ mæstissimæ. Subscriptio. CAESAR. Nummum hunc . . . uidi apud Carolum à Porta Lugaluni

In una parte.

35. Jul. Cæsar uidetur laureatus, læua facie, ad cuius ceruicem est trulla. Inscriptio. CAE= SAR DIC.

In altera.

M. Antonius depingitur, aperto capite, ad cuius ceruicem lituus habetur. Inscriptio. M. ANT. IMP. . . . Nummus hic argenteus mihi uisus est Lugaluni apud Carolum à Porta.

In una parte.

36. Julius Cæsar uidetur laureatus, læua facie, ad cuius ceruicem in strumpullo è impositus lituus. Inscriptio. CAESAR IMP.

In altera.

Augustus

Augustus effigiatur, laurea coronatus, ore læuo, cum tali nominis sui titulo. CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. Nummum hunc argenteum vidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

Iul. Cæs. depingitur, civica corona coronatus, læuo obtutu, sine nominis monumento.

In altera.

Taurus sacris deuotus, ad sinistram spectat, cuius inter cornua est globus, in tergo aut sertum floreum. Subter faucibus ara constituta. Subscriptio. LENAT. Nummum eum æneum domi meæ asservo.

In una parte

Julius occurrit laureatus, læua facie, cum adiuncto eius nomine. IVLIVS CAESAR.

In altera.

Cephalicæ icones duæ viriles, contiguæ, tectis pectoribus ferè aduersis, quas conjici potest, esse Numæ Pompilij et Anci Martij, à quib. originem sumere se Cæsar gloriabatur. Inscriptio adalita est nulla. Hunc nummum æneum mediocrem apud Julium Cælestinum Romæ vidi.

In una parte.

Roma galeam cristatam induta, dextra facie, togata. Supra dea occiput. F.

In altera.

Biga

bijj.

Biga in summa stantem matrem, cui palma p-
fixa est. Cupidines duo uolatu moderato
dextrorsum trahunt. Supra. G. Sub Cupidi=
nibus cythara est posita. infrà. IVLI. L. F.
Summum hunc argenteum habeo domi meæ.

In una parte.

40. Cephalicon occurrit uirile, læuo obtutu inorna=
tum. Ob cuius os sceptrum uidetur assurgere.
Sub mento. B.

In altera.

Stellæ duæ coniunctæ, quarum in medio
interuallo cernitur. T. Æreum hunc num=
mum uidi Venetijs apud Reuerendiss.
Patriarcham Grimanum.

In una parte.

41. Crocodilus ad lævam uiam procurrit, absq;
inscriptione.

In altera.

Rostrum nauis ad lævam conuersum uiam.
Cuius in imo limbo delphin est sculptus.
Supra. CNAS. Nummum hunc æreum
uidi Venetijs, apud Antiquitates Rmi.
Patriarchæ Grimani.

In una parte.

42. Effigies muliebris, læua facie, capillo ad cer=
uicem intermodato, monili baccato insignis:
absq; inscriptione ulla.

In altera.

Bellerophon pegaso uectus pernici, hasta
fortiter

fortiter librata, cum chymera congreditur.
Inscriptio. COL. IVL. EO. Nummum eum
æneum vidi Norimbergæ apud D. Georgium
Kandlerum, Ll. Doctorem.

In una parte.

Veneris caput, affabrè comptum, aspectu læuo,
tutulatum, capillo fluctuante in collum, ac
humeros, absq; inscriptione.

In altera.

Æneas ocreatus, nudus propemodum, chlenam
volitantem humeris reiectam habens, ac
brachio, sublatum læuo humero patrem
Anchisem, senio propè confecta ætate, pari
velamento, in extremis patriæ calamitatib.
asportat, dextra manu Palladium tenens,
læua, dextrorsum pergit. Inscriptio ab læua
parte. CAESAR. Nummum hunc argen=
teum habere apud me licet

In una parte.

Curiæ diademata effigiatur, mundo omni mu=
liebri compta, gemmis, auroq; interligatis
capillis, mauri, monili baccato ornata, pu=
stantissima forma, cuius è syncipite velu
in humeros propendet, propatulis papillis,
sub quibus rostrum est regiæ nauis, Dianæ
per omnia par, ut quæ humeris pharetra
gerat, manu læua arcum tensum ostendat.
Inscriptio. EVRIES REGINA REGVM MAVRITAN.

In altera.

Procincta

Prouincia Aphrica stolata stat, una manu globū tenens, altera cornucopiæ, pedis dextrò primoribꝰ digitis humerum uiri (hic senex Nilum refert, rigente barba, Niliaca herba coronatus, nudus humi desidens, urnæ inuersæ dextro subnixus cubito, læua Typham tenens herbam) talò marginem extimam rostri nauis, cuius supra catastromata equus ferox àc generosus deuolare uidetur. Post Heroinam Crocodilus uasti corporis assurgit. Inscriptio . . . . R. A. infrà . I. L. S. Nummū hunc æneum uidi Mantuæ, apud Julium Romanum.

In una parte.

45. Ptolomeus àc Cleopatra sese mutuò obtuentur, disparibus tamen ornatibus. Namq̃ hæc diademata, capillis undatim intortis, cuius à ceruice uelum prolabens, in humeros pectusq̃ recidit, ille radiatus àc palliatus est. Inscriptio cuiq̃ peculiaris sua addita. PTOLOMEVS R. & CLEOPATRA REGINA ÆGIPTI.

In altera.

Concordiæ deæ imago cephalica est, dextrorsum defixo oculo, tutulum præter, etiam laurea corōa reuincta, àc inauri prætiosa ornata, capillò in nymbi formam conuoluto. Inscriptio deleta. . . D. A. Nummum hunc æneum memini me uidisse Romæ, apud D. Alexandrum Coruinum.

In una parte.

Jul.

Jul. Cæsar uidetur laureatus, læuo ore, cum nominis epigraphe. CAESAR IMP.

In altera.

M. Antonius & Cleopatra contigui ad lævam partē intuentur. Hæc Junoni, ille Joui similes, irradiato. capitella occipitibus tenentes. opertis ambo pectoribus. Inscriptio. cos. iter. desig. Nummum hunc æreum, apud me domi asservo.

In una parte.

Jul. Cæs. uidetur laureatus, sinistro obtutu, aperto collo, cum nominis honorisq; nullo signo in his adpresso.

In altera.

Pax conuersa stat, tunicata, patagiata, dextra manu caduceum tenens, altera summā hastā. Adscriptio. L. AEMILIVS. IIVIR. Nummum hūc argenteum uidi aliquando apud D. Antoniū Augustinum Romæ.

In una parte.

Julius Cæs. laureatus est, senili aspectu, lævo, aperto collo, post quem adparet lituus, cum inscriptione ob os posita. DIVI IVLI.

In altera.

Vitulus opimus dextram uiam ingreditur. Sup quem legitur, infraq;. Q. VOCONIVS VITVLVS. Nummum hunc argenteum, uidi aliqn apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

Venus conspicitur, laureata, mauri, monilibq; adornata, ad lævam partem intuens.

In altera.

In altera.

Trophæum uidetur è uariis armis constructum, clypeo ouato, bipenni, pallio. In sinistra nummi parte, securis uidetur, in qua porcinum caput infixum. Inscriptis. CAESAR. Apud Bilibaldū in curiam Norimbergensem argenteum hunc nummum uidimus.

Aurea:

In una parte.

1. Julius Cæsar uidetur obtecto capite, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. C. CAESAR COS. TERT.

In altera.

Signa religionis sunt hæc oraline' oraline posita, lituus, trulla, securis. infrà. A. HIRTIVS PR. Numnum hunc aureum memini me uidisse apud Dñm Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

2. Julius Cæsar occurrit laurea coronatus, sinistrorsum intuens, aperto collo, cum nominis circumscriptione. CAESAR DICT. PERPETVO.

In altera.

Caduceus, & fasces cum securi, magistratus insignioris insignia, in transuersum posita sunt,

Supra

supra hæc manus coniunguntur. Ab lateribus sunt sacra securis, & globus fasçijs circumilligatus. infrà. L. BVCA. Aureum hunc nummum uidi aliquando apud D. Joannem Jacobum Fuccherum, Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

Julius Cæsar habetur laureatus, sinistro obtutu, aperto collo, cum nominis epigraphe. CAESAR DICT. PERPETVO.

In altera.

Minerua tunicam talarem induta, inclinatiore facie, exerta papilla læua, adextra Victoriolam tenet præmiatricem, læua hastam, cuius cuspis stellæ imaginem refert. Adscriptum. P. SEPVLLIVS MACER. Nummum hunc aureum uidi aliquando apud Antonietum Romanu Antiquarium.

In una parte.

Julius Cæsar effigiatur, corona querna coronatus, læua facie, sine ulla literarum epigraphe.

In altera.

Pax tunicata, patagiata, ad dextram conuersa stat, una tenens manu caduceum, altera summam hastam. Inscriptio. L. FLAMINIVS IIIVIR. Nummum hunc aureum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

Julius Cæsar laureatus, læuo ore, aperto collo exprimitur. Inscriptio. DIVO IVLIO.

In altera.

In altera.

Crocodilus dextram uiam imit. Supra infraq; AEGIPTO CAPTA. Hammum hunc aureum uidimus aliquando apud D. Abbatem D. Irenei Lugduni.

In una parte.

C. Jul. Cæs. effigiatur Laureatus, Læuo obtutu, post eius ceruicem est stella, cum nominis breui encomio. DIVVS IVLIVS.

In altera.

Pegasus dextrorsum ctissimè preteruolat. Sub huius utero est litera. Q. Hammum hunc aureum habet in thesauris suis D. Joannes Jacobus Tuccherus, Augustæ Vindelicorum.

Cius uxores. IIII.

COSSVTIA. I.

CORNELIA. II.

IVLIA, C. Julij Cæsaris ex Cornelia filia. Cn. Pompeij Magni uxor.

POMPEIA. III. uxor.

CALEVRNIA.

31.

CALEVRNIA. III.

CLEOPATRA, Aegypti regina, concubina, ex qua ei Caesareo natus est.

EVNOES, Mauritaniæ regina, concubina.

AVGVSTI. aneæ.

In una parte.

Augustus habetur læua facie, imornatus, cuius mento suppositus est asteriscus: cum inscriptione. DIVI F. CAESAR.

In altera

corona ciuica conspicitur. Supra, infraq3, intraq3 eam legitur. AVGVSTO OB CIVES SERVATOS. Vbi omnia sunt geminata, sic ut literæ spissiores sint, ac itidem corona, ac si bis, reiterato excussoris labore impressa essent. Hunc æreum nummum magnum habet Patriarcha Grimanus Venetus.

Augusti caput, Læuo ore, imornatum, apertumq3. Victoria è columna, cui insistit, palmifera, laurea corona donat. Inscriptio superius. CAESAR. inferius. DIVI AVGVSTI F. Hunc nummum æreum magnum, apud Petrum Rames Hispanum Venetijs uidere contigit nobis.

In una* parte.

Augustus in dextra parte imornatus, aperto pectore, ad Liuiam ore uerso, quæ in sinistra depingitur, capello undiclatim composito, ad ceruicem adnodato. Mutuum intuentur. Cephalicaq3 sunt Icones. Inscriptio. M. ACILIVS C. MANNIO PROCOS.

In una

C.

In una parte.

3. Augustus uidetur aperto capite, dextrorsum intuens, aperto collo, cum nominis epigraphe. CAESAR AVGVSTVS TRIBVNIC. POT.

In altera.

Junonis Lucinæ templum tetrapilon. Cuius fastigium denticulis ornatur, tympanum centralem habet fenestram. Eius in Zophoro legitur. IVNO LV. quæ hic desiderantur lrã ab lateribus ædis, interq̃ columnas positæ sunt. C-I-N-A. Circum. Q. PAPIR. CAR. Q. TERT. MON. TR. VIR. Q. Nummum eum æneum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum. * Alij legerunt Cilla, uoluntq̃ Junonis Cillæ Fanum fe, in ea ciuitate cultæ.

In una parte.

4. Augustus depingitur aperto capite, sinistro aspectu, cum tali Epigraphe. AVGVSTVS. C. V. I. CELSA. Corona hoc Cephalicon ambit* laurea.

In altera.

Taurus præpinguis ad læuam tendit. Suprà legitur. L. COR. TERR. ad pectus. II. VIR. infrà M. IVN. HISP. Coloniæ deducendæ hic nominati duumuiri. Nummum hunc æneũ insignem, Romæ uidi, apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

5. Augustus ponitur lauro redimitus, læua facie, nudo collo

nudo collo: cuius nomen planè deletum est.

In altera.

Tiberium uideo laureatum, dextro uultu, apto quidem collo, anominem pariterè. Nummus hic ex ære, laudata satis amplitudine, apud dñm Antonium Augustinum habetur Romæ.

In una parte.

Augustus conspicitur aperto capite, sinistro aspectu, denudato collo, cum nominis titulo.

IMP. CAESAR.

In altera.

Augusti deo similis statua, radiata, sedens in sella tapetijs instrata, dextra patinā aureā porrigens, læua summam hastam. Adscriptio. DEO AVGVSTO. infrà. S-C. Nummum hunc æreum sum conspicatus apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

Augustus effigiatus est inornatus, læua facie, cum circumscriptione tali. CAESAR AVGVSTVS IMP. XX.

In altera.

Inscriptio sola nummi superficiem ambit huiusmodi. PONT. MAXIM. TR. POTEST. XXIIII. Centrum grandiores duas habet literas. S.C. Hunc numumum æreum grandem Romæ apud Alexandrum Corui num Romanum uidimus.

In una parte.

Augustus

8. Augustus habetur, Læuo aspectu, inornatus, cum inscriptione non admodum euidente. IMP. AVGVSTVS MVNC ALAG.

In altera.

Taurus sinistrorsum pergit. Supra quem legitur. .... IIVIR. infra. C. MR. M. VAL. Hunc nũmum æneum magnum Romæ apud D. Taueram delineauimus.

In una parte.

9. Augustus habetur laureatus, Læua facie, detecto collo, cum nominis epigraphe. CAESAR DONT. MAX.

In altera.

Mausolæum pinnatum (seu templum à Pergamenſibus Aug. dicatum) eximia structura, laureis ramis, & coronis lemniscatis ornatum, ad anteriori fronte, duabus columnis altioribus & insistentibus Victoriis præseptum, repræsentatur. Cuius superbiam alibi copiosiùs delineauimus, infrà. ROMAE. ET. AVG. Numnum hunc æneum mediocrem domi seruo ego.

In una parte.

10. Augustus effigiatus est aperto capite, Læuo obtutu, ad cuius ceruicem est lituus. Inscriptio. IMP. CAESAR.

In altera

Aquila expansis alis, latè in fulmine stans Jouis. Jouis Capitolini imaginem capite gerit. Inscriptio nulla. Numum hunc æneũ domi meæ hãeo.

In una.

In una parte.

11. Cephalicon Veneris uidetur, quæ Læuum intuetur, tutulo, crinem contortum coercendi gratia, inauriq; ornatissima, contecto collo. Juxta quod retrò Capricornus cælestis, globum premit ~~globum~~ gubernaculo affixum clauo, è quo deniq; copiecornu assurgit: qualem sæpè in numismatis aureis pariter & argenteis Augustæ percussis adpressum offendimus. Inscriptio hic nulla fuit.

In altera.

Victoria dextrum itiner carpit, retrò flexis tamen oculis, humero dextro palmam gestans, sinistra patinam frugibus plenã porrigens. Inscriptio hic est. Q. METTVS P. Nummum hunc æneum mediocri amplitudine Romæ apud D. Antonium Augustinum memini me uidere.

In una parte.

Augustus cernitur Laureatus, sinistra facie, aperto collo, cum nominis Epigraphe. IMP. CAESAR DIVI F. IMP. XX.

In altera.

Titulus continuatur per superficiem æris. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POT. XXXIIII. in medio. S. C. Nummum hunc æneum habet inter suas Antiquitates Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

Augustum

C. HS.

13. Augustum uideo, laurea insignem, læuo aspectu, detecto collo, sine adscriptione.

In altera.

Victoria dextrorsum tendit, manu dextra lauream porrigens, sinistra palmam tenẽs. Hincinde ad suras deæ sunt literæ. L — M. Nummum hunc æreum mediocri amplitudine Romæ uidimus apud D. Antoniũ Augustinum

In una parte.

14. Augustus uidetur læua facie, aperto collo, corona laurea coronatus, cum adparentibus aliquot literarum uestigijs, ob os. .... CEP.

In altera.

Monstrum deforme adparet.* Sphynx, uirginis facie, pileata, alata, in quadrupes animal, Grypho simile desinit, læuam uiam aggrediens. infrà literæ non satis euidentes. SOCIO. Ante pectus. CAST. Nummum eum ita rarum domi commonstraturi sumus.

In una parte.

15. Augustus aperto capite, læua facie, cernitur, cum anteriori epigraphe. IMP. CAESAR.

In altera.

Aphricæ imago pectore tenus expressa, elephantinam pellem capite gestans, læuo uultu, capillo in pectus aduersum prominulo.

Ob eius

Ob eius os Legitur. DIVI F. Cum nummum
aliquando uidi ego . . . . . .

In una parte.

6. Duumuir Monetarius, ad mensam sedet in
dextra parte, ante tabernæ monetariæ
introitum. Qui uariè exornatus cernitur,
summa coronide Taurum impositum hēt,
quæstori è regione assidenti stipes numerans.
Est autem hic togatus, dextramq; altè
eleuat. Supra quos Legitur. MOKA.

In altera.

Coronæ duæ, extrema triumphalis, interior
globulorum, in quibus media inscriptio est.
.XII. Hic nummus æreus mediocris, apud
. . . . . Achillinum Bononiæ à me uisus
est, interq; stypes locum habet.

In una parte.

7. Augustus cernitur laureatus, læua facie, sine
ulla addita litera

In altera.

Copiæcornu erectum est. cum Inscriptionis
fragmento. LA DI, et M. apud D. Antonium
Augustinum, æneum hunc nummum
mediocrem uidimus Romæ.

In una parte.

8. Augustus conspicitur sinistro ore, detecto
uertice, denudato collo, cum breui epi=
graphe. IM. CAESAR. DIVI F.

In altera.

Corona

Corona*... adparet: in qua media legitur. DIVOS IVLIVS. Nummum eum aeneum vidi aliquando apud.....

In una parte.

19. Augustus effigiatur aperto capite, laeuo obtutu, cum nominis adscriptione. CAESAR. DIVI F.

In altera.

Julius caesar velatus, corona* ornatus, ad laeuam prospectans, cum nomine adscito. DIVVS IVLIVS. Nummum eum aeneū sum aliquando conspicatus apud.....

In una parte.

20. Augustus vidētur laurea candidatus, sinistror- sum obtuens, aperto collō, cum nōminis encomiō. CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE.

In altera.

Mausolæum iterum adparet, cuius structurā semel latius adscripsimus. Quarè totiès iterata unius rei memoria, nauseam audi- dō lectori faceremus, silere hīc maluimus. Subscriptiō. ROMAE ET AVG. Nuummum hunc aeneum amplum, vidi Romæ, apud D. Achillem Maphæum

In una parte.

21. Augustus cernitur lauro radiatus, dextro vultu, aperto collō: cum nominis epigraphe. DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Corona

Corona ciuica habetur, cum monumento tali in umbilico descripto. OB CIVIS SER. Sub ea Capricorni duo cælestes, caudas uniunt in globo, qui in subiecto incubat gubernaculo. ita impressi, ut Orientalem, Occidentalemq; plagam spectent. Nummum hunc mediocrem ex ære Corinthio apud Julium Calestanum Lugduni sum conspicatus.

In una parte.

2. Augustus effigiatus est, dextra facie, irradiatus, aperto collo, cum nominis epigraphe. DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Ara prouidentiæ, siuè ædicula Jani quadrangularis, ualuis præclusa, angularibus ornata palmulis in fastigio. Hinc inde. S.C. infrà. PROVIDENT. Nummum hunc æneum magnum satis, ego domi habeo.

In una parte.

3. Corona laurea adparet, in qua media est tale monumentum. AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.

In altera.

Monetalis Triumuir depingitur nomine tenus. C. CASSIVS CELER IIVIR A.A.A.F.F. in medio. S.C. Nummum hunc æreum mihi domi seruo.

In una parte.

4. Augustus effigiatus est, læua facie, irradiatus, aperto

aperto co-C, cum adscripto tali titulo. DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Par boum dextrorsum aratrum trahunt, cuius stiuæ summæ dextram Imp. uelatus, togatusq; dextram imprimit manum, sinistra labarum medium tenens. Superscriptio erat. COL. A.A. Subscriptio uerò. PATRENS. Nummum istum areum mediocri amplitudine D. Antonius Augustinus Romæ nobis commonstrauit.

In una parte.

25. Corona laurea uidetur, in qua circa medium talis est titulus. AVGVSTVS TRIBVNIC POTEST.

In altera.

Monetalem triumuirum ex superficialibus his cognosco. Q. ARRIVS LAMIA. M.VIR. A.A.A.F.F. in medio. S.C. Nummum hunc areum mediocrem uidi aliquando apud D. Achillem Raphæum Romæ.

In una parte.

26. Augustus obuius est, radiata corona pulcher, ore dextro, cum nominis epigraphe. DIVVS AVGVSTVS PATER. ob huius os fulmen est adpressum.

In altera.

Vestæ statua, in sella sedens eburnea, obuelato capite, dextra manu patinam tenens auream, læua summum hastile. Simile.

S - C.

S – C. Nummum hunc æreum mediocrem, uidere apud me omnibus studiosis facultas esto.

In una parte.

7. Augustus uidetur Laureatus, læuo obtutu, denudato collo, cum nominis adscriptione. IMP. CAESAR. DIVI F.

In altera.

Corona myrtea adparet: cuius in centro in clypeum hæ exaratæ sunt literæ. AVGVSTVS. Nummum hunc æreum apud me bonæ adseruo.

In una parte.

Corona laurea proponitur ante oculos, cum tali encomio in ea media signato. AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.

In altera.

Triumuir monetalis nomen meudet suum. C. CENSORINVS L. F. AVG. III. VIR. A. A. A. F. F. in medio ad centrum. S. C. Nummum hunc æreum habet in bonis D. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

. Augustus irradiatus uidetur, læua facie, aperto collo, cum nominis epigraphe. DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Corona laurea impressa est, in qua media in minori orbiculo sunt hæ literæ. S. C.

Nummum

Nummum hunc æneum uidi apud D. Antoniũ Augustinum Romæ.

In una parte.

30. Augustus effigiatur aperto capite, uultu sinistro, aperto collo, cum nominis titulo nonnihil deleto. CAESAR AVGVSTVS TRIBVNIC. POT. . .

In altera.

Triumuiri cudendo æri, & numinis præfecti nomen in superficie signatum. CN. PISO. CN. E. III. VIR. A. A. A. F. F. in medio umbilico. S. C. Nummum hunc æneum apud me licebit conspicari.

In una parte.

31. Augustus obuius est irradiatus, ad dextram uultu conuerso, sine inscriptione.

In altera.

Corona laurea uidetur, cum his numeralibus literis medijs. IIX. Idipsum numisma (stypem appellatum) ex ære Corinthio apud D. Gabrielem Faërnum delineaui.

In una parte.

32. Corona, è frondibus quernis inter se reuinctis reperitur, qua media tale est monumẽtũ. AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.

In altera.

Monetalis Triumuir per superscriptionem descriptus est. L. SVRDINVS. III. VIR. A. A. A. F. F. in medio. S. C. Nummus hic æneus magnus satis apud me domi seruatur.

In una

In una parte.

3. Augustus iam senex effigiatus, ad læuam intuès, absq; ullo capitis ornatu, cum inscriptione ad ceruicem. DIVI. F.

In altera.

Corona triumphalis uidetur, cum inscriptione centrali. DIVOS IVLIVS. Hic nummus est magnæ amplitudinis æreus, apud D. M. Antonium Palosium Romæ est.

In una parte.

Corona . . . . cernitur, cum medio monumento. AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.

In altera.

Monetalis Triumuiri nomen tantùm per superficiem lego. C. ASINIVS GALLVS. III. VIR. A.A.A. F.F. in medio. S.C. Hummum hunc ære Corinthio apud me domi custodio.

In una parte.

Augustus cernitur irradiatus, dextro uultu, aperto collo, cum nominis monumento. DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Aquila conuersa explicatis latè alis, sublato in cælum rostro, globo suprapositæ, consecrationi Augusti, cum lateralibus lris. S.C. Hummum hunc æneum memini me uidisse apud D. Achillem Maphæum Romæ, aliumq; ei similem ego habeo domi.

In una parte.

Coronam

36. Coronam Lauream reperio, cum impresso honori Augusti elogio. AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.

In altera.

Hil misi nomen habes Triumuiri monetalis, per superscriptionem descripti. P. STOLO. III. VIR. A. A. A. F. F. in medio. S. C. Nummus iste ereus Apud D. Antonium Augustinũ Romæ seruatur.

In una parte.

36. Augustus est, ad læuam intuens, non laureato, cum inscriptione ad ceruicem exarata. AVGVSTVS.

In altera.

Corona laurea est, cum duabus literis hisce grandioribus. C A. preterea nihil. Apud D. Achillem Olaphæum Romanum eum nummum uidimus.

In una parte.

37. Augustus uidetur aperto capite, læuo obtutu, aperto collo, cum nominis subscriptione. IMP. CAESAR.

In altera.

Corona laurea impressa est, et in ære medio clypeus, cum tali monumento. AVGVSTVS. Nummum eum æneum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

38. Augustus cernitur aperto capite, læuo ore, detecto collo, cum nominis memoria. CAE= SAR AVGVSTVS TRIBVNIC. POT. . . . . .

In altera.

In altera.

Monetarius nomen æri incudit suum. C. ASINIVS GALLVS. III.VIR. A.A.A.F.F. in medio orbe est. S.C. Nummus hic æneus meus est.

In una parte.

9. Corona Laurea impressa est, cum monumento medio huiusmodi. AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.

In altera.

Triumuir monetalis per circulum descriptus. C. GALLIVS LVPERCVS. III.VIR. A.A.A.F.F. in medio. S.C. Circa eas duas literas, sigillum priuilegij testimonium faciens, duæ alteræ sunt literæ. N.C. Nummum hunc ex ære Corinthio ego habeo.

In una parte.

1. Augustus effigiatus irradiatus, dextra facie, aperto collo, cum nominis circumscriptione. DIVVS AVGVSTVS. Sincinde. S-C.

In altera.

Augusti togata statua, sedens in sella curuli, ad dextram inclinato uultu, dextra laurea tenens porrecta, Læua depressiore schedã. Circumscriptio. CONSENSV SENATVS ET. EQ. ORDIN. P.Q.R. Nummum eum ex ære Corinthio domi cum ego commonstraturus

In una parte.

. Corona ciuica circa umbilicum æris, in cuius utroq; latere duo laurei rami sunt impressi,

impressi, cum monumento facti. OB. CIVIS SERVATOS.

In altera.

Triumuiri monetalis in superficie titulus seruatus est. P. LICINIVS STOLO. III. VIR. A. A. A. F. F. in medio. S-C. Nummum hunc æreũ me uidisse recordor apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

42. Augustus depictus est inornatus, læuo uultu. Inscriptio tota corrosa est.

In altera.

Corona rostrata partim, ita contexta, ut extra coronæ superficiem rostra adpareant, partim laurea, cum assignatis duabus literis in circulo centrali. C. A. Hunc nũmum æreum mediocri magnitudine Petri Rames benignitate delineauimus ~~Ror~~ Venetijs

In una parte.

43. Augustus uidetur radiatus, dextro ore, sine additis literis.

In altera.

Corona laurea, in qua in media alter est orbiculus, cum numeralibus literis. III. Stypem hanc uidi aliquando apud D. Achillem Maphæum Romę ex ære Corinthio.

In una parte.

Augustus

44. Augustus uidetur aperto capite, læuo obtutu, denudato collo, cum nominis epigraphe: CAESAR AVG. TRIBVNIC. POT. . . . . .

In altera.

Triumuir Monetalis nomen in ære exarauit per superficiem. CAECILIVS. (alij legunt Maecilius) TVLLVS MVIR. A. A. A. F. F. in medio S. C. Hummum hunc æneum magnum habet Antonius Augustinus Romæ

In una parte.

45. Augustus cernitur radiatus, dextro ore, denudato collo, cum nominis commendatione. DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Corona ciuica impressa est, cum medijs duob. characteribus. S. C. Hummus hic mediocris apud me domi seruatur ex ære Corinthio.

In una parte.

46. Augustus uidetur radiatus, dextra facie, aperto collo, cum nominis commendatione. DIVVS AVGVSTVS.

In altera.

Victoria conuersa stat, dextra manu clypeũ ad palmam arborem tenens, in quo legitur. S. P. Q. R. Ad humeros deæ. S—C. Læua lateri adpressa, conquiescentis instar. Hummum hunc æneum uidi apud. D. Petrum Rames Hispanum.

In una

d.

In una parte.

47. Corona Laurea ponitur, in qua monumentum est elogij. AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.

In altera.

Triumuiri monetalis notitia fit, aera con= trectantibus. T. CRISPINVS SVLPICIANVS III.VIR. A. A. A. F. F. in medio. S. C. Nummum hunc æneum D. Antonius Augustinus Romæ commonstrari potest.

In una parte.

48. Augustus ad sinistram intuens, non coronatus, cum supposita ad mentum Solis siue astri nota, ac in scriptione tali adparet. DIVI F. CAESAR.

In altera.

Corona triumphalis, cum media inscriptione. DIVOS IVLIVS. Sic æreus nummus apud Patriciam Grimanum habetur.

In una parte.

49. Corona è quernis ramis uidetur, in qua me= dia tale monumentum legitur. AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.

In altera.

Triumuir Monetalis in ære per superficiem nomen excudit. CN. PISO. CN. F. III.VIR. A. A. A. F. F. in medio. S. C. Nummum eum æneum domi meæ conseruo.

In una parte.

50. Augustus uidetur irradiatus, læua facie, aperto

aperto collo, cum nominis commendatione.
DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Corona Oppia seu familiaris uidetur: in cuius medio umbilico uelut in clypeo minore descriptæ sunt literæ. c. s. Nummum eum æneum apud me domi custodio.

In una parte.

1. Augustus cernitur querna corona coronatus, læua facie, aperto collo, cum inscriptione: AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Lupa deflectit in sinistram uiam. Supra quam legitur. IZERDA. Nummum istū mediocrem uidimus Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

2. Augustus effiguratur, ad lauam respiciens, cum hac inscriptione sui nominis. CAESAR DIVI IVL. F.

In altera.

Nauis rostrata ad sinistram oram tendit, subducto malo, qua etiam throno est ornata. Nulla hic uideri potuit inscriptio. Hunc nummum æneum apud Iulium Cælestinū Romæ uidimus mediocri amplitudine

In una parte.

3. Corona querna, seu ciuica, media est inter laurinos ramos duos: cum huiusmodi literis. OB CIVIS SERVATOS.

In altera

52.

In altera.

Triumuir monetalis nomen suum inscribit, nimirum. C. ASINIVS C. F. GALLVS. III. VIR. A. A. A. F. F. cum mediis literis, ceu in corona. S. C. Nummum hunc aeneum magnum aliquando uidi apud D. Antonium Augustinum Romae.

In una parte.

54. Augustus effiguratus est, laeua facie ornatus, cum circumscriptione Arabica . . . . . .

In altera.

Inscriptio Arabica habetur, praetereaq; nihil, quam nos ad eius linguae peritos remittimus. Sic aereus nummus mediocris apud Dn̄ Franciscum Crizium Venetum à nobis aliquando est uisus.

In una parte.

55. Augustus cernitur aperto capite, laeua facie, cum nominis titulo nonnihil cōmaculato. CAESAR AVGVSTVS TRIBVNIC. POT.

In altera.

Monetalis Triumuiri nomen impressum est in superficie. M. SALVIVS OTHO III. VIR. A. A. A. F. F. in medio. S. C. Nummum hunc aeneum memini me uidere apud D. Antonium Augustinum Romae.

In una parte.

56. Augustus effigiatus est, detectis uertice & collo, ad laeuam obtuens, cum nōis monumento. DIVOS AVGVSTVS.

In altera.

In altera.

Boues subiuges ad lauam arantes, uelatus Imp. agit, dextra ad sinuam summam incumbente. Supra animalia. COL. IVL. A tergo aratoris BER. infrà. S.C. Nummum hunc aeneum memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum Romae.

In una parte.

7. Augustus habetur laeua facie, nudo uertice, & detecto collo, cum circumscriptione. CAE = SAR AVG. TRIBVNIC. POT. . . . .

In altera.

Triumuiri monetalis mentionem in superficie descriptam reperio. C. CASSIVS CELER. III. VIR. A. A. A. F. F. in medio. S.C. Nummum hunc aeneum mediocrem ego domi habeo.

In una parte.

8. Augustus cernitur irradiatus, laeua facie, cu graeca nominis sui inscriptione. . . . . .

In altera.

Statua muliebris stat hastata, dextra manu ad se accedentem puerum pileatum ac tu = nicatum ad dextram apprehendens. Num = mum hunc aereum mediocrem Romae apud quendam Antiquarium in Campo Florae uidimus.

In una parte.

9. Simpulum & lituus signa religionis adparet, cum circumscriptione. LAVRVS REGVLVS PVLCHER.

In altera.

In altera.

Per superficiem titulus aduersæ partis continuatur. III. VIR. A. A. A. F. F. in medio. S. C. Nummum hunc apud me seruo domi æneū.

In una parte.

60. Augustus uidetur læuo obtutu, mornatus, sine ulla inscriptione.

In altera.

Nauis rostrata, sinistris undis uadit, in qua nauali Victoriæ indicium tropheum insigne è galea, thorace, spiculis, clypeoq; ouato, anchora, gubernaculo alicussatim positis constructum. Apud Franciscum Venierū æreum hunc nummum conspeximus mediocri forma Venetijs.

In una parte.

61. Corona in umbilico nummi impressa è ciuica, cum lateralibus duobus lauri ramulis, cum rei gestæ monumento tali. Supra. OB. infra seruatos. CIVIS. SERVATOS.

In altera.

Triumuiri monetalis memoria per superficiem conseruata est. C. GALLIVS C. F. LVPERCVS III. VIR. A. A. A. F. F. In circulo eo literali medio, sunt. S. C. Nummum hunc æreum ex Corinthio amplum, domi ego ostendero studiosis.

In una parte.

62. Augustus habetur, læuo ore, nulla uenustate capitis,

capitis: cum adscriptione à cervice. AVGVS=
TVS.

In altera.

Corona partim laurea, partim rostrata impressa est. Sine literis. Apud Fran=ciscum Venierum æreus hic nummus à nobis Venetijs visus, vulgata amplitu=dine.

In una parte.

63. Corona civica habetur, in qua media legitur.
AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.

In altera.

Superficies monetalem triumvirum arguit.
M. SANQVINIVS Q.F. III.VIR. A.A.A.F.F. in medio. S.C. Nummum cum ex ære Corinthio ego custodio.

In una parte.

67. Augustus habetur irradiatus, dextro oculo, detecto collo, cum nominis emendatione.
DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Fulmen Jovis in medio ære erectum, cum literalibus literis. S-C. Nummum hunc æneum magnum satis domi meæ habeo.

In una parte.

85. Augustus cernitur, lævo obtutu, irradiatus, aperto collo, sine ulla epigraphe.

In altera.

Corona

Corona laurea est, cum numeralibus notis. XIII. centro impressis. Quem nummulum stypem scilicet, ex aere Corinthio apud Iulium Caelestanum Romae conspeximus.

In una parte.

66. Augustus depingitur, uertice & collo apertis, ad laeuam obtuens, cum nominis epigraphe. CAESAR AVG.

In altera.

Corona partim rostrata. (quia inter contextu rostra nauium adparent) partim laurea impressa est. Qua in media in orbiculo illo minori sunt hae duae literae. C.A. Nummum hunc aeneum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romae.

In una parte.

67. Augustus habetur radiatus, laeuo obtutu, collo aperto, cum nominis titulo. DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Templum octopilon adparet contra spectatore, plurimis instratum gradibus, cum fastigio triangulo & Zophoro laeuiter striatis. Circumscriptio. AETERNITATI AVGVSTI. Nummum eum aeneum uidi aliquando apud . . . . . .

In una parte.

68. Augustus, laeuo obtutu, mornatus adparet, cum adscriptione. AVGVSTVS.

In altera.

In altera.

Corona ciuica impreſſa eſt, cum literarum mo=
numentis mediis. TR. POT. C. IVLIO F. KAC.
IIVIR. QVI ITER. Hummum hunc æreũ
mediocrem habet Petrus Rames Hiſpanꝰ
Venetijs.

In una parte.

69. Auguſtus effigiatur radiatus, dextra facie,
cum nominis epigraphe. DIVVS AVGVSTVS
PATER.

In altera.

Coloniæ deductæ typus. Par boum iugatorũ
dextrorſum arantium Imp. togatus, conuerſꝰ,
tecto capite, impreſſa dextra ſtiuæ aratri,
altera tenens labarum, agit, regitq3. Suprà
legitur. COL. A.A. infrà. PATRENS. Hunc
nummum æneum habet D. Antonius Au=
guſtinus Romæ.

In una parte.

o. Auguſtus laureatus habetur, læua facie, aperto
collo, conuerſo parumper, circa cuius humerũ
dextrum anguis ſe attollit ſurſum, cum epi=
graphe tali. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Corona laurea adparet, cum duabus literis
mediis. S.C. Hummum hunc æneũ exigui
uoli aliquandò apud D. Achillem Maphæũ
Romæ.

In una parte.

Auguſtus

71. Augustus cernitur irradiatus, dextra facie, nudo collo, cum nominis titulo. DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Victoria sinistrorsum praeteruolatura, manu dextra in summo limbo iniecta, clypeum magnum sic notatum. S. P. Q. R. tenet. Superiori loco hinc inde est. s-c. Nummus hic æreus mediocris apud D. Antonium Augustinum à me conspectus est.

In una parte.

72. Augustus cernitur, laeuo obtutu, ornatus, nudo collo, cum adscriptione. DIVI F. CAESAR.

In altera.

Victoria dextro tendens tramite, palmifera, lauream coronam porrigit. Inscriptio. cos. DESIG. Hunc metallicum orbem mediocrem Petrus Rames Hispanus habet Venetijs.

In una parte.

73. Augustus occurrit radiatus, dextro uultu, aperto collo, ob cuius os fulmen, supra occiput uerò asteriscus, adparent. Inscriptio. DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Vesta sedet in sella, uittata, tutulóq; ornata, ad sinistram inclinata, dextra manu in gremium demissa, sinistra summum sceptrum tenens.

tenens. Apud deam hinc inde sunt maiores
literæ. S-C. Hummum talem æneum
mediocriter amplum & Romæ alibi apud
D. Antonium Augustinum uidi, atq; ego
apud me domi habeo.

In una parte.

4. Augustus effigiatur radiatus, dextro ore, collo
denudato, cum nominis elogio. DIVVS AV=
GVSTVS.

In altera.

Volitante in utramuis partem latè tunica con=
uersa stat Victoria, dextra lauream altè
subleuans, læua tenens palmam. Circum=
scriptio. VICTORIA AVG . . . . . hinc inde
S-C. Hummum hunc æneum mediocrē
ego domi habeo.

In una parte.

5. Augustus irradiatus conspicitur, dextro uultu,
aperto collo, cum nominis Epigraphe.
DIVVS AVGVSTVS.

In altera.

Cererem deam Liuia typicè refert, sedens in sella
eburnea, tunicam, ac patagium inducta, una
spicas, ac papauera tenens, altera facem ar=
dentem. Adscriptio. DIVA AVGVSTA. Cum
nummum æneum habet D. Antonius Au=
gustinus Romæ.

In una parte.

6. Augustus cernitur facie læua, apertis capite
& collo,

et collo, cum nominis epigraphe. CAESAR.

In altera.

Corona è ramulis binis Lauri inter se coniunctis, in qua media moderationis typus est, Delphinus gubernaculum circumplexus, dicto Augusti, Suetonio teste, conueniens. σπεῦδε βραδέως. Hoc est, festina lentè. Hunum eum aeneum uidi Venetijs apud . . . . .

In una parte.

77. Congius sertis ornatus adparet, qui summo ore grandescit cymbij similitudine, medio graciliscit, fundus eius iterum amplior fit, cum adalta inscriptione. A. A. A. F. F. IIVIR.

In altera.

Cornucopiae erectum, ab latere utroq; habet literas. S — C. Inscriptio. SILIVS ANNIVS LAMIA. Denarium hunc aereum ego habeo domi.

In altera parte.

78. Congium uideo summa infimaq; partibus capaciorem, media angustiorem, sertis ornatum, cum adiectis literis. A. A. A. F. F. IIVIR.

In altera.

Cornucopiae impressum consistit in nummi medio: circum quod legitur. LAVRVS REGVLVS PVLCHER. Denarium hunc aereum apud D. Achillem Maphaeum uidebis Romae.

In una

In una parte.

19. Sympullum ac lituus impressa sunt religionis signa. Inscriptio. LAVRVS REGVLVS PVLCHER.

In altera.

Literarum contextus ad superiores est huiusmodi. III. VIR. A. A. A. F. F. in medio. S. C. Nummum eum argenteum sum Lugduni apud D. Gulielmum Caulium conspicatus.

In una parte.

20. Augustus habetur læua facie, inornatus, detecto collo, cum huiusmodi circumiecto titulo. C. CAESAR IMP.

In altera.

Eques Imp. armatus, paludatus, dextram regionem prospectans aëris, manu sublata (caduceatoris instar) intuentibus obuius fit. cum subscripto. S. C. Nummum hunc æreum paruum in Musæo D. Achillis Maphæi conspicati sumus Romæ.

In una parte.

Dextræ coniunctæ medium habent caduceum. Circumscriptum. SILIVS ANNIVS LAMIA.

In altera.

Per superficiem sensus cum superioris aduersæ partis literis continuatur. III. VIR. A. A. A. F. F. in medio. S. C. Nummulum hunc æneum memini me uidisse aliquando apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una

In una parte.

82. Augustus depingitur laureatus, dextra facie, Coronæ lemniscos propè sequens Victoria tenet manu dextra, læua paratonium. Inscriptio. CAESAR AVG. PONT. MAX. TRIBVNIC. POT.

In altera.

Literarum monumentum solùm est in ambitu æris. M. SALVIVS OTHO IIIVIR. A. A. A. F. F. in medio. S. C. Nummum hunc æneũ domi meæ commonstrare possum.

In una parte.

83. Sceptrum habetur, cuius in summitate est Augusti effigies, aperto capite, dextro obtutu.

In altera.

Palatia corona, uariarum frugum, àc herbarũ consertione contexta: sic appellata, quòd Pallatiorum foribus illa adpenderetur, cui consonare uidẽtur literæ in hoc serto medio positæ, huiusmodi. A. P. P. F. Nummum hunc æneum apud me domi seruo.

In una parte.

84. Carpentum, Liuiæ honori, Circensibus decretũ: à mulabus læua facie tractum, sine lr̃is.

In altera.

Corona laurea est impressa. literæ corrosæ. Nummum hunc æneum ego domi habeo.

In una

In una parte.

5. Victoria palmifera sinistrorsum pergit, dextra protensa Lauream coronam offerens, cum inscriptione. CAESAR DIVI F.

In altera.

Manus humana uidetur sola, aperta, ita ut uola eius nobis pateat, dextrorsum porrecta, cum, summo loco posita hac nomenclatura. CAREVS. infimo uerò IMP. Aereum hunc nummum uidimus apud Rectorem Patauinum Norimbergensem.

In una parte.

6. Augustus habetur irradiatus, dextro ore, ob os eius fulmen est. Supra frontem stylus. Inscriptio. DIVVS AVGVSTVS PATER

In altera.

Janus bifrons seu geminus, togatus, in sella eburnea sedet, scabellò pedibus fulcitus, una manu patinam tenens auream, læua scipionem. Hinc inde. S— C. Nummum hunc aereum uidi Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

7. Serto ornatus congius cernitur, modio similis. Circumscriptio. IIIVIR. A. A. A. F. F.

In altera.

Contextus literarum aduersæ partis sequitur: Triumuiri id est monetalis nomen. C.

NAEVIVS

NAEVIVS CANINVS. in medio. S.C. Hunc nummulum exiguum aeneum habet apud se D. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

88. Congius habetur, circumpendente herba ornatus, in coronæ speciem, ore capaci, cuius fundus in rhombum desinit. Circum. IIIVIR. A.A.A. F.F.

In altera.

Literarum circulus habetur, quæ superiorem sententiam absoluunt. CAPELLIANVS. in medio. S.C. Aeneus hic nummulus mihi visus est Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

89. Dextræ iunctæ caduceum pari opera medium tenent erectum. Circumscriptio. TAVRVS REGVLVS PVLCHER.

In altera.

Textum tantum literarum ad superiorem periodum attinentium reperio. IIIVIR. A.A.A. F.F. in medio. S.C. Aeneum hunc nummulum vidimus Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

90. Symbolum Concordiæ, pacisq; reperitur, dextræ coniunctæ, medium continentes caduceum, Inscriptio. SILIVS ANNIVS LAMIA.

In altera.

Litera

Literæ paucæ sunt, ad superiorum filum pertinentes. IIIVIR. A. A. A. F. F. in medio. S. C.
Æneum eum nummulum uidisse me recordor Romæ apud D. Antoniũ Augustin.

In una parte.

91. Impulsum ac lituus, religionis signa impressa sunt, cum superscriptione huiusmodi. SILIVS ANNIVS LANIA.

In altera.

Series literarum continuatur ad superiores. IIIVIR. A. A. A. F. F. in medio sunt. S. C.
Nummulus hic æneus à me Romæ uisus est apud D. Antonium Augustinũ.

In una parte.

92. Congius summa imaq; sui partibus, aquali capacitate: circa sui medium in coneum decrescit. Inscriptio. IIIVIR. A. A. A. F. F.

In altera.

Cornucopiæ est erectum in medio. hinc inde. S-C. Circum. SILIVS ANNIVS LANIA.
Nummulum hunc æneum memini me in manibus habuisse, ac uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

93. Ara cernitur, non admodum elata, sertis obuincta, quadrangulari forma. Circumscriptio. SILIVS GALLVS IIIVIR.

In altera.

Literarum in superficie ordo erat huiusmodi.

APRONIVS

APRONIVS MESSALLA A.A.A. F.F. in medio S.C. Nummum hunc æneum exiguum uidi Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

94. Congius imprimitur, summa, imaq̃ sui partibus æquali capacitate. Circumscriptio. GALLVS SVSENNA IIIVIR.

In altera.

In ambitu æris legitur. APRONIVS MESSLL. A.A.A. F.F. in medio. S.C. Aereum hunc nummulum domi meæ habeo.

In una parte.

95. Augustus occurrit laureatus, læuo obtutu, Inscriptio à ceruice. CAESAR. in collo incidit monetarius maioribus characteribus. AVG. Ob os. PONT. MAX.

In altera.

Mausolæum Augusti deformatum, cuius decorem, ac structuram, inter alia Augusti numismata descripsimus. infrà. ROM. ET AVG. Nummumum hunc æneum mihi Francofordiæ commonstrabat D. Hieronymus Agninus.

Aerea

Enea Dycephala.

*

In una parte.

Augustus & Tiberius pectoribus nudis stant, mutuò sese alloquentes, aduersi ad nos togis è collo utriusq̃ ad tergum, deinde per uirilia replicatis: ambo dextris patinas tenẽt, aris in accensis: In Augusti dextra est scæda, in Tiberij cornucopiæ. Inscriptio. AVG.

In altera.

Sphynx sedens ad dextram conuersa magis: in rostro nauis anterioribus pedibus innititur, uno in acrostolio, altero in catastromatis imposito. Inscriptionis literæ aliquot supersunt. TR . . . CAPTA. Nummum eum magnum æneum uidi apud D. Gulielmum Caulium Lugduni.

In una parte.

Augustus & Tiberius contigui, inornati ãbo, sinistrorsum intuentes, adparent. cum inscriptionis minima parte. A . . . . . AL.OC. infrà uerò. SVF.

In altera.

Templum deformatum, tetrapylon, gradibus aliquot instratum, occlusum. fastigium huius triangulum palmis angularibus, denticulis ac lilio supremo ornatur. In Tympani centro imaguncula adparet. Hunc æneum nummum mediocrem apud D. Antonium Augustinum uidimus Romæ.

In una

In una parte.

3. M. Agrippa corona ornatus nauali, ceu rostrata, & Augustus laurea effigiati, auersis ab inuicem oribus, ita ut alter dextro, alter sinistro sit lateri intentior, cum talibus literarum monumentis. Supra. IMP. Subter utriusq; mentum. P-P. infra. DIVI F.

In altera.

Crocodilus ad palmæ ramum ingentem humi defixum alligatus cathena ænea, ad læuam uiam prorumpere frustra nititur. A summa palma corona laurea lemniscata pendet, infra feram immanem, tabificamq;, palmæ minor, & lauri rameli adparent, decussatim impressè. Nummum eum æneū ego domi habeo. In alio nummo, in aduersa parte laterales literæ .P.P. desiderari uidentur, quem habet (ut opinor) apud se D. Joannes Jacobus Tuccherus... supra sectile Legitur. COL. NEM.

In una parte.

4. Augustus corona querna coronatus, & Tiberius imornatus, mutuum cominùs respectant. Inscriptiones singulæ singulis additæ. DIVVS AVG. IMP. DIVI F. P.P. & TIBERIVS CAESAR IMP. COS.

In altera.

Mausoleum Augusti, structura eleganti, pinnis è medio, in utrumq; angulum paulatim gracilescentib.

122

gracilescentibus ornatum. Huius anteriori in facie corona insculpta est querna, cum lris hincinde. P-P. In extremis gradibus columnæ eductiores Victoriolis præmiatricibus onerantur. Hic præterea tanquam loco sacro sacrifici duo prætextati stant, alter lituum, alter sympullum tenens. Superscriptio. MEMORIA AETERNA. infrà. MAVSOLEVM AVG. Nummum hunc æneum grandem perrarum memini me habere in manibus, apud D. Julium Romanum Mantuæ.

In una parte.

5. Augustus effigiatus est aperto capite, læuo obtutu, cum tali epigraphe. CAESAR IIIVIR. R. P. C.

In altera.

Ara est, Julio posita, cuius manibus dui sacrificatum est, in qua insistit columna alta, cum imagine Cæsaris. Apud quam hincinde sacrifici stant duo prætextati, alter sympullum, alter lituum habens. Superscriptio. PIETAS. infrà. PERPETVA. Nummum hunc argenteum ego commonstrare potero.

In una parte.

6. Augustus depingitur laureatus, læuo obtutu, cum nominis encomio. AVGVSTVS TR. POT. . . . . .

In altera.

Circus

e.

Circus latè patens ac spatiosus habetur, opus sanè laudabile, & admirabile, quatuor portis altiss. augustissimisq; ad introitum spectabile. Ejò ambitum, latitudinem, capacitatem, altitudinem structuram, columnarum ordinem & numerum ab Antiquitatum Romanarū scriptoribus quære. Nobilis ejūsdem ratio tenenda est. In eo medio obeliscus est ingens, quem circum quadrigarum factiones, singulorum equitum decursiones ac provocationes, & quæ ad Circenses attinent, equestria certamina in subselliis circumquaq; sedentes promiscuè spectatores & admiratur & suspiciunt. In ædificij coronide milites collocati sunt. In ipsarum portarum canthis supremis, quadrigæ, ac equestres statuæ collocatæ. Inscriptio legi non potuit. Nummum eum æneum vide Mantuæ apud Julium Romanum.

Aug.

Aug. Aenea Anaglyphica.

In una parte.

1. Augustus prospicitur laurea decorus, aperto collo, sinistrorsum intuens. Inscriptio. CAESAR PONT. MAX.

In altera.

Mausoleum Augusti expressum est quadrangulum. Summa cuius coronis, pinnis arcuatis octonis, impositisq; totidem globis, ab extremo angulo utroq; in medium usq; paulatim, decenti oralne succrescentibus, ita ut superiora quaeq;, inferioribus quibusq; paulo, quantum ad Symetriam pertinet, emineant magis, adornatur. Facies operis termas laureas coronas lemniscis astrictas, binosq; lauri ramos interfixos pro ornamento in intuentem objicit. Operis utrumq; latq Victoriae duae altioribus impositae columnis, custodiam uice, eludunt, harum singulae dextris laureas alte porrigunt, sinistris palmas habent. Subscriptum est. NOM. ET AVG. Nummum hunc aereum, mediocri amplitudine apud D. Antonium Augustinum Sumus conspicati Romae.

In una parte.

2. Augustus conspicitur radiatus, laeuo uultu, aperto collo, cum uulgata epigraphe. DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

In altera.

Diuinitatis spectaculum. * Numinibus aserti: Augustus sedens, conuersus, armatus, dextra summam hastam tenens, læua clypeum, & Iuuia Cererem exprimens amictu splendido, sedens iticlem, dextra lateri adpressa, læua Cornucopiæ tenens, mutuis affatibus reiecti, medium habent stantem Iulium, Martiparem, cui Aquila & Victoria adstant, armatum probè galea & thorace, dextra summam hastam habentem, læua in scutum impressa. Sub his Tellus Thetisq; dex collocantur, cum Tauro & monstro marino. Quid nisi terrarum, pelagiq; potentem, designant monumenta uirum? Nummum hunc æneum magnum uidi aliquando apud . . . . . .

In una * parte.

3. Triumuiri, Augustus, M. Antonius, & Lepidus effigurati sunt: inter se uelut de partiendo imperio sermonem miscentes. Medius horu Octauianus aduersum nos intuetur, armatus, ac paludamento & bulla donatus. Illi lateralibus sunt uestibus, apertis collis. Inscriptio corrosa.

In altera.

Carnificina quædam ante oculos est. Horrendum profectò spectaculum. Pro tribunali in sellis curulibus sedent Triumuiri (hos proxiè nominauimus)

nominauimus) partibus armis, ac paludamentis aequè exornati, quorum arbitrijs totum Romanum Imp. & Respubl. diuisa erat. Subsemior tamen est Octauianus, aduersum spectatore, post quem est Aquila signum. A dextris sedet M. Antonius, a sinistris Lepidus, utrisq; adfixa sunt signa militaria. Dextra parte stant armati aequalibus armaturis lictores, cum fascibus & securibus, ipsa uel crudelitate ueluti attoniti ac stupefacti. Altera parte ingratus ille beneficij accepti compensator. P. Lena cum manipularibus, illustris uinalex, strictō pugione properat ad Tribunal, qui iussu Antonij secundum illud Ciceronis caput, & linguam Romanae Reip. ac manus praeciderat, eius, a quo ipse in iudicijs defensus est, & morti ereptus. O indignum facinus, ingratitudine malum aliud neq; peius neq; scelestius. In paauimento proscriptorum concisa iacent ceruices, eorumq; bona coram adlata. Tribunal circumstant armata manus, quo colligi pt, quantum ex eo Triumuiratu Rom. Reipub. & periculi & detrimenti accesserit, quando, quae uirtute Principis moderanda essent, armis ac uiolentia Tyrannorum cuncta perturbarentur. Res ipsa clarior est, quam ut inscriptione indiguerit. Nummū hunc aeneum perrarum uidi Mantuae apud Iulium Romanum.

In una

In una parte.

4. Augustus occurrit aperto capite, sinistrorsum obtuens. sine literis.

In altera.

Templum, latum, amplum, augustumq3, miri decoris, ac elegantiæ, octo columnis Corinthiacis fulcitum, Augusto ac Liuiæ dedicatum, quorum in Delubris signa sunt collocata. In tympano Iouis Opt. Max. simulachrum est, cum fulmine & hasta. In Angulis fastigij iubilantium sunt imagines. In graduum extremis & ædificij lateribus in stylobatis stant Ceres & Minerua, Foribus proximæ sunt urnæ. Inscriptio. CVST. AETERNITATIS AVGVSTAE. Nummũ hunc æneum uidi apud D. Gulielmum Caulium Lugduni.

Aug.

Augusti Argentea.

In una parte.

1. Augustus depingitur laureatus, læua facie, collo aperto, cum adpressa ad ceruicem trulla. Inscriptio ob os posita. CAESAR DIVI F. Duo pratereà signa ueluti Lunæ, à Diuumuiro monetali incisa. G.

In altera.

M. Antonius cernitur aperto capite, læuo obtutu, nudato collo, cum adpresso adsimiciput situo. Inscriptio. M. ANTON. Hunc nummum argenteum in bonis habet D. Achilles Maphæus.

In una parte.

2. Augustus conspicuus sit, læua facie, cum situo ad ceruicem adposito. Circumscriptio. CAESAR IMP. PONT. IIIVIR. R.P.C.

In altera.

M. Antonius prodit, læuo obtutu, mornatus, cum trulla ad ceruicem adpressa. Inscriptio est huiusmodi. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR. R.P.C. L. CELI. Q.F. Argenteus hic nummus apud Franciscum Venierum mediocriter magnus cum pluribus alijs seruatur Venetijs.

In una parte.

3. Augustus effigiatur mornatus, læuo uultu, aperto

aperto collo, cum adscriptione. CAESAR IMP. IIIIVIR. R.P.C.

In altera.

Legiolus proponitur, sine capitis decore ullo, læuo aspectu, aperto itidem collo, cū addito nomine & titulis. LEPIDVS PON. MAX. III=VIR R.P.C. Argenteum eum nummum memini me uidisse apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

4. Augustus occurrit, læuo oris aspectu, incoronata, cum nominis epigraphe. IMP. CAESAR DIVI F. IIIIVIR. R.P.C.

In altera.

Signa religionis in seriem disposita sunt, simpulum, aspersorium, trulla, lituus. Supra. cos ITER ET TER. DESIG. Nummum hunc argenteum conspeximus apud Iulium Romanū Mantuæ, similemq; Norimbergæ apud D. Georgium Romanum.

In una parte.

5. Augustus habetur ornatus, sinistro ore, cum nominis epigraphe. IMP. CAESAR DIVI F. IIIVIR. R.P.C.

In altera.

Templum diui Iulij ab Augusto ædificatum patri, tetrapylon, signis plurimis militarib. supplicum formis, & Victoriis sedentis in tympano medio decoratum. Cuius in Tophoro legitur.

legitur. DIVO IVL. In æde media simulachrũ adparet D. Julij. Ab latere dextro constituta ara subdiualis. Circum. COS. ITER. ET TERT. DESIG. Nummum hunc argenteum memini me uidisse aliquando Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

6. Augustus cernitur inornatus, læua facie, cum nominis titulo. C. CAESAR IIIVIR R.P.C.

In altera.

Victoria ad læuam uiam procurrit, uolitante habitu, dextra coronam attollens lauream, læua portans palmam. Circumscriptio. P. LIVINEIVS REGVLVS. Nummum hunc argenteum habet in bonis D. Achilles Maphæus Romæ.

In una parte.

7. Augustus effigiatur inornatus, læuo conspectu, aperto collo, cum adiectis titulis. CAESAR. IIIVIR. R.P.C.

In altera.

Eques M. Antonius phalerato equo, (in frõte cuius lituus præfigitur ad ornatum) tunicatus, dextrorsum uehitur, dextra lituũ, (qui mihi fidem facit, illum in Augurum collegium adscriptum fuisse) habens. Inferiore loco inter has literas. S-C. rostrum nauis adparet. Aureum hunc nummũ sumus conspicati Romæ, apud D. Achillem Maphæum.

In una

In una parte.

8. Augustus uidetur aperto capite, ad dextram conuersis oculis, cum nominis epigraphe. CAESAR IMP. IIIVIR. R.P.C.

In altera.

M. Lepidus effigiatur detecto capite, ad sinistram intuens, cum circumscriptione nominis. LEPIDVS PON. MAX. IIIVIR. R.P.C. Nummus hic argenteus à me uisus est aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetiis.

In una parte.

9. Augustus uidetur læuo obtutu, aperto uertice, cum adscriptione tituli. CAESAR IMP. IIIVIR. R.P.C.

In altera.

Lepidi uultus est impressus, aperto capite, sinistro oculo, cum nominis epigraphe. MARCVS LEPIDVS PON. MAX. Nummum eum argenteum uidimus aliquando apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

10. Augustus cernitur aperto capite, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. CAESAR DIVI F. IMP. IIIVIR. R.P.C.

In altera.

M. Antonius effigiatur inornatus, sinistrorsũ obtuens, cum nominis memoria. ANTONIVS IMP. Nummum eum aureum habet in sua facultate Julius Romanus Mantuæ

In una

In una parte.

1. Augustus habetur sinistra facie, aperto capite, & collo, cum monumento nominis. CAESAR. III.VIR. R. P. C.

In altera.

Caduceus erectus. Circa quem interius legitur. ANTONIVS IMP. Nummum hunc argenteū memini me uidisse apud D. Gulielmum Cau= lium Lugduni.

In una parte.

2. Augustus habetur aperto capite, læuo obtutu, denudato collo, cum nominis titulo. CAESAR IMP. III.VIR. R. P. C.

In altera.

Fulmen Jouis erectum, in medio orbe me= tallico. Circumscriptio. Q. SALVIVS IMP. cos. DESIG. Nummus hic argenteus à me apud meas domesticas Antiquitates seruatur.

In una parte.

3. Augustus habetur imornatus, læuo obtutu, detecto collo, cum copiosa titulorum adno= tatione. IMP. CAESAR. DIVI. F. III.VIR. ITER. R. P. C.

In altera.

Templum tetrastylon, Julio dicatum ab Octa= uiano, ut ex ipsa Zophori potissimum in= scriptione colligitur. DIVO IVL. denique in Adyto Diui Julij imago est posita, togata, dextra

dextra Victoriam bramiatricem habens. Tympanum centrali astro, & pinnis quàmpluribus ornatur. Extra eadem dextra parte, in area aram constructam uidere est. Inscriptio. cos. desig. Argenteum hunc nummum nobis Romæ commonstrauit D. Achilles Napheus.

In una parte.

14. Augustus occurrit ~~sinistræ~~ obuelatus capite, ad læuam intuens. Inscriptio. r.v.s.t. iiivir.

In altera.

Concordiæ typus, ac signum sunt dextræ coniunctæ medium habentes caduceum. Inscriptio. c. caesar. m. ant. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Guilielmũ Caulium

In una parte.

15. Octauianus cernitur inornatus, læuo obtutu, cum inscriptione tali. c. caesar. iiivir. r. p. c.

In altera.

Statua equestris Octauiano posita à Populo Romano, hoc gestu. Sessor armatus, paludatus, sublata altè dextra, sinistra lumbo admota, equo celerrimè transcurrere uidetur. Inscriptio adalta. decvr. ivssv. Hic argenteus nummus magnus apud D. Rinaldum Odonem Venetum uisitur.

In una

In una parte.

16. Octauianus effigiatur imcoronatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. CAESAR IIIVIR. R.P.C.

In altera.

Sellis duabus curulibus coniunctis, laurea corona imposita est, media inter fasces & secures, ad illarum latera collocatas. Supra has ue= luti in lata fascia legitur. CAES. DICT. Dū= mum hunc aureum uidi Augustæ Vindeli= corum apud D. Joannem Jacobum Fuccherū.

In una parte.

17. Octauianus conspicitur imcoronatus, sinistrorsū obtuens, cum nominis circumscriptione.

CAESAR IMP. PONT. III.VIR. R.P.C.

In altera.

M. Antonius inornatus item uidetur, ad lauā deflexo oculo, cum nominis epigraphe. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR. R.P.C. M. BARBAT. Q.F. Nummum hunc argenteum domi habeo.

In una parte.

18. Augustus læuo facie cernitur, inornatus, cū inscriptione. C. CAESAR IIIVIR. R.P.C.

In altera.

Augustus eques, capite laureatus, armatusq; dextra manu latè porrecta caduceatoris similitudine, dextrorsum impetitat. Sub= scriptio. POPVLI IVSSV. Apud Franciscū Venierum argenteus hic nummus mediocri amplitudine habetur Venetijs.

In una

In una parte.

19. Victoria uidetur læua facie, nudato uertice, detecto q̃ collo, cum adscriptione tali. CAESAR. IIIVIR. R. P. C.

In altera.

Leo ad læuam uiam uendit. Suprà. ANTON. Ante belua fauces. XI. infrà. IMP. ad caudæ litera adparebat. A. Nummulum eum argenteum uidi ego aliquando apud D. Joannē Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorū.

In una* parte.

20. Augustus aĉ M. Antonius inuicem conticentur, nudis uerticibus ambo, suis ambo propriis ornati titulis. CAESAR AVG. DIVI F. COS. & literis præposteris. D. P. R. RIVIII. VIROTNA.M.

In altera.

Ara affabrefacta tripes posita est, super quam irradiatus serpens, longissimus eminet, qui multiplici gyro tripodem innectit. In illius pede collocati sunt galli gallinacei, sacris dicata aues. Ab lateribus sunt lituus, aĉ simpulū. Inscriptio. MARCVS LEPIDVS PON. MAX. Nummum hunc æneum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

21. Augustus occurrit læuo uultu, denudato capite, sine nominis commendatione.

In altera.

Victoria ad lævam it uiam, cito pede, dextra manu

129

manu Lauream porrigens coronam, laua pal=
mam ferens. Inscriptio. C. DIVI F. Nummū
eum argenteum sum conspicatus Lugduni,
apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

Triumuirorum imagines tres, sinistrorsum de=
flexis oculis, apertis capitibus. Hos supra
aduolans aquila Laureis suis singulos donat,
namq; ~~unicam~~ unam unico uehit ales rostro.
Octauiano illam donatura, unguibus illas.
Subter hos lupa gemellorum nutrix, atq;
alueolus, quo illi primum nati sunt expositi.
Inscriptio nulla.

In altera.

Triumuiri prætextati, ad aram tripodem
stantes, multa ac uaria inter se de parti=
undo Imperio præmittentes alternatim,
apertis uerticibus, tandem data fide, alter
alteri, cum ex pactis conuenissent inter se,
mundum uniuersum, quem globus typice
præfigurat, simili studio, dextris pariter
subditis, super aram tenent, sinistris ser=
uant actorum tabellas. Ita uero in Muti=
nensi agro partiti sunt. Cuius archety=
pon antiquitas reliquit, subter aram mu=
liebris statua humi sedet (Insulæ illius
figura) quæ una manu cornucopiæ tenet,
altera fruges proceribus illis ueluti offert.
Inscriptio. SALVS GENERIS HVMANI. Hunc

nummum argenteum domi meæ habeo: eumq; ex me mutuò sumpsit D. Gulielmus Caulius.

In una parte.

23. Augustus effigiatur aperto capite, læuo obtutu, cum amplo nominis elogio. IMP. CAESAR DIVI F. IIIVIR. ITER. R. P. C.

In altera.

Signa sunt religionis hoc ordine posita: simpulum, aspersorium, trulla & lituus. Superscriptio. COS. ITER. ET TER. DESIG. Nummu hunc argentum habet in thesauris suis D. Joannes Jacobus Fuccherus Augusta Vindelic.

In una parte.

24. Augustus cernitur detecto capite, læuo aspectu, cum nominis comendatione. CAESAR IMP. III. VIR. R. P. C.

In altera.

M. Antonius, ac Lepidus Triumuiri mutuum intuentur, apertis capitibus. Sua cuiq; addita est inscriptio. M. ANTONIVS IIIVIR R. P. C. M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR. R. P. C. Nummus hic argenteus apud me domi asseruatur.

In una parte.

25. Augustus habetur laureatus, læua facie, sine ullis literis.

In altera.

Signa tria militaria infixa sunt ordine, ut medium sit Aquila, inter manum ac laureum. Inscriptio. CAES. IMP. IIIVIR. R. P. C. Nummus hic æneus à me uisus & Lugduni apud D. Gulielm. Caulium.

M. Lepidus.

M. Lepidi IIIVIRI. Argentea.

In una parte.

1. Cephalicon est muliebris ornatissimæ, ac præstantissimæ formæ, tutulatæ, capillo calamistrato, in ceruice nodo aureo illigato, sine ulla literarum nota.

In altera.

Eques uictoriosus Lepidus ad leuam it: Trophæum insigne gerit humero, cuius cuspis est tridens. infrà. M. LEPIDVS. per circuitum deinde. AN. XV. PR. HO. S. C. Nummum hunc argenteum uidi aliquando Lugduni apud D. Gulielmum Aulium.

In una parte.

2. Lepidus uidetur incoronatus, dextra facie, cũ nominis epigraphe. M. LEPIDVS IIIVIR. R. P. C.

In altera.

Mars uictor nudus, conuersus stat, galeam indutus, dextra summam hastam apprehendens, sinistra tenens parazonium, pede læuo scutum præmens humi deiectum. Circumscriptio. L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIVIR. A. F. F. Nummum hunc argenteum sum conspicatus apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

3. Lepidus depingitur inornatus, læua facie, cum nominis titulo. LEPIDVS PONT. MX. IIIVIR. R. P. C.

In altera.

f.

In altera.

Augustus cernitur aperto capite, leuo obtutu, cum adiecto nominis decore. CAESAR IMP. IIIVIR. R. P. C. Nummus hic argenteus Romæ apud D. Achillem Maphæum aliqn̄ à me est uisus.

In una parte.

4. M. Lepidus effigiatus est, uelatus capite, læuo obtutu, cum nominis elogio. M. LEPIDVS. PON. MAX.

In altera.

Ara eleganter sculpta, sertis ornata lemniscatis, ac aquila, medio loco est inter acerrā sacram (: ex ea uerbena, aut myrthæ ramulus excrescit:) trullam, aspersorium, securi, cui infixum est aprinum caput, lituum, cultrum, patinam. In eius mensa ē sympunium. Suprà Albogalerus. Ut nihil desideres, quod ad religionem antiquorum faciat, uel Summi Pont. Authoritatem ac officium. Suprascriptio. CAESAR. IMP. IIIVIR. R.P.C. infrà. M. AN. IMP. COS. III. DES. ET IIIVIR. R. P. C. infrà. S.C. Nummum hunc ita rarum nobis commonstrauit Romæ amicus noster D. Alexand. Coruinus.

TERTIA IVNIA, Marcj Lepidi uxor, ex qua ei natus M. Aemilius Lepidus.

M. Antonij

131

M. Antonij IIIVIRI. Aenea.

In una parte.

1. M. Antonius depingitur, læua facie, inornatus, aperto capite, cum inscriptione. M. ANTONIVS IIIVIR.

In altera.

Astrolabium est impressum, quod Scipionum loco duo cultri sacri sustentant. Inscriptio lateralis ita habet. AR - MEN. Aereum istum nummum mediocrem Lugduni conspeximus apud Hannibalem Veronensem.

In una parte.

2. M. Antonius uidetur, dextra facie, aperto capite, cum circumscripto eius nomine. M. ANTONIVS.

In altera.

Cephalicam iconem uiri uidemus quidem, sed quem ex effigie cognoscere nequiuimus, faciem habet læuam, apertumq; collum, in cuius occipite nescio quid flammæ similitudine apparet, est etiam collo adpressum sceptrum, ueluti è læuo humero, assurgens. Inscriptio fracta erat . . . SAR DICT. Nummum hunc æreum mediocrem, apud D. Antonium Augustinum uidimus.

In una parte.

3. M. Antonius cernitur, sinistro ore, incoronatus, cum nominis epigraphe. M. ANT. IMP. COS. DES . . . . . Subter eius mentum altera est imago, Octauiani scilicet.

In altera.

In altera.

Triremis, artemone ampło latoq̃ utens, mari sinistro currit, infra quam literarum nota adparent aliquot . . . M. METIVS. Summa hunc aeneum ego domi commonstrabo.

In una parte.

4. Antonius & Cleopatra contigui, laeuis oribus ambo, hic hedera coronatus, illa laurea: absq̃ alia inscriptionis nota.

In altera.

Arcus cum sua theca, pharetraq̃ sagittis refèrta, posita sunt. Circumscriptio omninò deleta est. M. V. . . . Apud Franciscum Venierum hunc nummum aereum mediocrem nobis uidere usu uenit Venetijs.

In una parte.

5. M. Antonius & Cleopatra contigui, ad laeuam caeli partem lumina diuertunt. Heroina summa fronte gemmae aliquid instar, Regina dignum gerit. Inscriptio. M. ANTONIVS IMP. COS. DES. ITER. ET TERT.

In altera.

Nauis bellica deciremis, sinistrorsum uada sulcat remis, uelóq̃ deuolat alto, in quo laurea est, Victoriae testis: sub rostro est globus. Subter concha, est. A. litera. Subscriptum denicq̃. ARMEN. DEVICT. Hunc nummum aeneum memini me uidisse apud Julium Romanum Mantuae.

In una

In una parte.

6. M. Antonius aperto capite, & Cleopatra diademata mutuem proxime intuentur, Ad Reginæ pectus rostrum est nauis. Circumscriptio. M. ANT. IMP. IIIVIR. R.P.C. CLEOPATRA REGINA AEGIPTI.

In altera.

Nauis bellica sinistrorsum tendit, & remis, & uelo utens sublato. Ab cuius utroq; latere duo pilei sunt, Castoris nimirum & Pollucis. Superscriptio. CAPITO PROPR. Summum hunc aneum domi meæ habeo.

In una parte.

7. M. Antonius effigiatur, læuo aspectu, denudato uertice, cum nominis monumento.

M. ANT. AVGVR. IIIVIR. R.P.C.

In altera.

Trophæum insigne est ex Armeniacis spoliis confectum, cui galea perelegans, falx, securis, scutum, tunica, ensis, appensa sunt, Infrà q; hinc inde adiacent rotunda scuta cum pilis. Inscriptio hincinde. IMP.-TER. Summum hunc aneum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

8. M. Antonius habetur dextrorsum intuens, aperto capite, cum nominis monumento.

M. ANT. IMP. IIIVIR. R.P.C.

In altera.

Lepidi

Lepidi est imago, dextram partem intuentis.
Inscriptio. M. LEPIDVS IIIVIR ITER. DESIG. Nummum hunc aeneum exiguum domi meæ hæc habeo.

In una parte.

9. Corona pampinea impressa est, in hac media cistella est euiminea eleganti opere, quo serpens longissimus, ueluti flores inde libaturus, caput ingerit. Inscriptio nulla est.

In altera.

Serpentes duo imis sui partibus connexi inter se, pharetram granalem, præstantissimi operis sustentant: quorum alter arcum, alter ceptru in gyris corporum tenent. Superscriptum. C. FABIO M. F. PROCOS. A dextris. PR. Hunc nummum aeneum domi meæ uidere licet.

In una parte.

10. M. Antonius effigiatus est, sinistra facie, aperto capite. Post cuius cervicem est simpulum, ac lituus. Inscriptio. M. ANTONIVS IMP.

In altera

Aquila expansis alis in fulmine stat Jouis, rostro cometen tenens. Inscriptio. CONSECRATIO. Nummum hunc æneum domi meæ commonstrare possum.

In una parte.

11. Victoriæ imago impressa est, læuo obtutu, capillo ornatissimo: sine inscriptione.

In altera.

Leo ad sinistram uiam it, Supra hunc legitur. IMP. ante rictum. XI. Subtus. LVGV. Nummum hunc aneu domi meæ uidere est.

In una

91.

In una parte.

12. M. Antonius effiguratus est, aspectu læuo, capite detecto, post cuius cervicem astat uictus. Inscriptio nulla.

In altera.

Iconem muliebrem uidere est, turrita corona ornatam, læua facie. Inscriptio. M. ANTONIVS COS. IMPERATOR. Nummus hic æneus apud me uisitur.

M. Antonij

f. iiij.

M. Antonij Aenea Græca.

In una parte.

1. Corona pampinea est, in ea media claua est proxima congio, sine vllua inscriptione.

In altera.

Serpentes duo ingentes, multis gyris inuoluti, caudis mutuo implicati, pharetram attrahefactam tenent simul. Supra hanc legitur. LENTVLVS IMP. M. ANT. Ab latere dextro. ΑΠΑ. infrà. ΜΥΙΣΚΟΥ. Numum hunc aeneum domi meæ seruo.

Insigniora.

Insigniora Aenea Latina.

In una parte.

1. M. Antonius & Cleopatra, sibi inuicem oppositi, ille sine corona, hæc capillo ornatissimo, connodato ad synciput, monili præterea, ut Reginam decet, spectabilis. Inscriptio talis erat. M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT.

In altera.

Naues duæ bellicæ, contiguæ, paribus arte, & structura, biremes, acrostolis, supparis subleuatis, sinistrorsum etiam remis impelluntur, epigraphes pars hæc est. COS. DESIG. ..... Sub nauibus est signum. R. Aeneus hic nummus apud Amerigium Amerigij Bononien. habetur.

In una parte.

2. Corona pampinea conspicitur, sub qua in centro, Canistrum collocatum habemus, pulcherrimè elaboratum, & artificij peregrini, cuius ori, serpens tortuosus caput ingerit, qui aculei loco, caput aliud serpentinum habet. Epigraphen hic nullam damus.

In altera.

Pharetra & arcus, duobus serpentib. uariè contortis, ima parte inter se innexis, circumplexa. M. Antonij ac Cleopatræ Typus.

A dextris

A dextris signum est. IIF. à sinistris adstitus thyrsus. Argenteus iste nummus amplis. apud P. Aloysium Manlilium Romanum uidetur.

Argentea, M. Antonij &.

In una parte.

1. Angues duo longissimi, suis caudis inter se mirè connexi pharetram affabrefactam amplectitur, uarijs gyris altè sese erigunt, è qua & arcus eminet, capita simul ferè coniungunt. In lateribus stellæ adpressæ sunt. Cleopatræ & M. Antonij typus hic est.

In altera.

Corona Bacchica, qua in media cistella elaboratissima est, qua aspidem adseruabat, Regina illa maxima, ne fortè in opprobriũ ab Romanis in Triumphum duceretur ab Octauiano, necì sibi ultrò adsciscendæ, si fieret occasio. Præsagium euentus secutus est, post-

135

est, postq̃ Actiaca pugna Antonius superatq̃ est. Veneno enim extincta est. Nummum eum argenteum magnum, habet Roma D. Achilles Maphæus.

In una parte.

M. Antonius corona pampinea redimitus &, & Cleopatra facie uenustissima, contigui, ad lævam intuentur. Inscriptio. M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET. TERT.

In altera.

Serpentes duo longissimi, caudas inter se mirabilibus gyris innectentes, capitib. in cælum erectis, per aëra sibilum emittentes, basim quadrangulam & in qua est Aug. galeati effigies decentissima, ad lævam intuentis) sustentant. Inscriptio. IIVIR. R. P. C. Nummum hunc argenteum magnum uidi Lugduni apud D. Gulielmum Cauchium.

In una parte.

83. M. Antonius depingitur, imornatus, lævam ad partem conuersa facie, ad cuius cervicem pharetra sagittis plena, ex Armenijs reportata, adpressa est, cui conuenit Inscriptio. ANTONI. ARMENIA DEVICTA.

In altera.

Cleopatra effigiata est, præstantissimæ formæ, capillo aureo reticulo illigato, ad Synciput in nodum, indeq̃ circinnatum in humeros propendulo,

propenáulo, operto pectoré, sub quo rostrum est nauis collatum. Inscriptio. CLEOPATRA. REGINA REGVM FILIORVM REGVM M. Numisma hunc argenteum Romæ uidi in Museo D. Achillis Maphæi.

In una parte.

4. M. Antonius, intra coronæ hederaceæ circulum impressus, laureatus, lævâ facie, cum situo sub collo, et adiuncta inscriptione. M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. IT. ET TERT.

In altera.

Serpentes duo longissimi, uariè se sinuantes, inferioribus partibus inter sese immixi, basi rotundam, striatam, cui Cleopatræ imago splendidissima, monili ornata, est imposita, quodammodo sustentant. Inscriptio. IIIVIR. R.P.C. Argenteum hunc numum magnum apud Reuerendiss. Patriarcham D. Grimanum Venetijs aspeximus.

In una parte.

5. Antonius et Cleopatra contigui uidentur, ad lævam obtuentes, ille coronatus hedera, hæc fronte nauis rostrum, aut simile quid ferens, uelato pectoré, cum ille sit aperto. Inscriptio talis est. M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT.

In altera.

Aram sphæricam, cum imposita salutis imagine, una pateram, qua alterum libat serpentes,

altera

136

altera hastam habente uides, quam serpentes duo mirabilibus nexibus contorti, sustentant, atq; ambiunt, cum adscriptione tali. IIIVIR. R. P. C. Amplus hic nummus argenteus Norimbergæ apud Bilibaldum Incuriam uisitur.

In una parte.

6. M. Antonius Laurea candidatus effigiatur, læuo obtutu, cum tali nominis epigraphe. M. ANTONIVS COS. DES. ITER. ET TERT. id Cephalicon corona circumit pampinea.

In altera.

Serpentes duo mirabili longitudine, capitibus supinis inter se innexi, deinde caudis in cælum subductis altissimè, basim quadratam sustinet: in qua Augusti est posita effigies, ad sinistram obtuentis, citra ullum uerticis decorem. Inscriptio hinc indè per circulum. IIIVIR. R. P. C. Nummum hunc argenteum amplum habet Lugduni D. Gulielmus Caulius.

In una parte.

7. M. Antonius ad læuam intuens, galea Aegyptiaca diademata ornatus, crine promissiore, cum inscriptionis minima parte, cuius duæ tantum supersunt literæ. M. A. . .

In altera.

Cleopatra effigurata est, ad sinistram pariter uultu obuerso, diademate, inauri gemmea,

gemmea, torque item pretiosissima spectabilis. Epigraphe deleta est. Sic argenteus nummus apud D. Achillem Naphaeum habebatur Romae.

In una parte.

8. M. Antonius depingitur inornatus, sinistro vultu, cum nominis commendatione. M. ANT. ARMENIAN. KATAΔOYΛΩΣΕ.

In altera.

Cleopatra facie venustissima, praestantique forma, elata fronte, laeuo vultu effigiatur, coma contorta, ac variè compta: ouelata praterea. Circumscriptio. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. Nummum hunc argenteum mediocrem memini me in manibus habuisse apud D. Antonietum Romanum Antiquarium

In una parte.

9. M. Antonius effigiatus est, laeuo vultu, cum nominis epigraphe. M. ANTONIVS AVGVR. COS.

In altera.

Pharetra insignis, stellis signata, incrustatisque gemmis pretiosa, cum arcu & sagitta transuersim suo ea positis. Spolia nimirum ex Armenijs relata. Inscriptio. IMP. TERTIVM. IIVIR. R. P. C. Nummum istum argenteum vidi Romae in aedibus D. Achillis Naphaei

In una parte.

M. Antonius

10. M. Antonius, læua facie, diadematus, summo occipite' duo cornua erecta parua habens: circa aures uerò alia duo intorta, sed huiusmodi, qualia Lysimachus gestasse perhibetur, ut testantur nummismata. Inscriptio. M. ANTO. COS. III. IMP. III.

In altera.

Victoria umbilicum tenus nuda, sinistrorsum ingrediens, dextra eleuata coronã monstrat, sinistra palmam humero læuo immittit. Inscriptio. SCARVS IMP. ANTONIO AVG. Hic argenteus nummus rarissimus magnus, apud D. Rinaldum Odonem Venetu habetur.

In una parte'.

M. Antonius effigiatur ornatus, læuo obtutu, ad eius ceruicem est situus. Inscriptio nulla.

In altera.

Globo in uno lemniscata duo copiæ cornua, & medius caduceus imposita sunt. Inscriptio. M. ANT. IMP. IIIVIR. R.P.C. Hanc nummum argenteum uidi Lugduni apud D. Guielmum Caulium.

In una parte'.

Antonius uidetur læua facie', apertis capite' colloq; cum inscriptione. AT. AVG. IMP. IIIVIR. R.P.C.

In altera.

Fortuna stolata dextrorsum tenens, dextra manu

manu clauum gubernaculi tenens, sinistra cornucopiæ. Ad cuius pedes ciconia stat, pietatis typus. Subscriptio. PIETAS COS. Apud Franciscum Venierum mediocrem hunc nummum uidimus argenteum Venetijs.

In una parte.

13. Signa religionis hoc ordine posita sunt, lituus, trulla, pullus auis auguralis. Suprà legitur. M. A. IMP.

In altera.

Signa item religionis quatuor imprimuntur, simpulum, aspergulum, securis cum apri capite infixo, & galerus. Argenteum eum nummum conspexi apud D. Achill. Maphæum Romæ.

In una parte.

14. M. Antonius uidetur, ore sinistro, capite aperto, ad ceruicem cuius adpressus est lituus.

In altera.

Oriens effigiatur irradiatus, aspectu uenusto, læuo, capillo partim per rachios conuoluto, partim in collum dependulo. Adscriptio. M. ANTONIVS IIIVIR. R.P.C. Nummum hunc argenteum uidi apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

15. M. Antonius effigiatur, sinistro aspectu, aperto capite,

capite, ad ceruicem eius lituus adprimitur, cum nominis titulo .... IVS IMP. IIIVIR. R. P. C.

In altera.

Pietas conuersa stat, tunicata, patagiata, una manu tenens patinam, altera cornucopiæ. Simcindè. PIETA – cos. Nummum hunc argenteum habet in bonis Romæ D. Antonietus Romanus Antiquarius.

In una parte.

16. M. Antonius togatus. Augurio captando intentus stat, obuelato capite, Lituum dextra tenens manu. Circumscriptio. M. ANTONIVS M. F. M. N. AVGVR IMP. TER.

In altera.

Oriens irradiatus, ad læuam obtuens, capillo lauiter contorto, partim per collum dependulo. Circumscriptio ad aduersam continuata periodum absoluit. IIIVIR. R. P. C. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Numimum hunc argenteum memini me uidisse apud D. Achillem Maphæum Romæ

In una parte.

17. M. Antonius uidetur imornatus, læuo obtuto oris, cum nominis titulo. M. ANT. IMP. AG. IIIVIR. R. P. C. M. BARBAT. Q. F.

In altera.

Octauianus incoronatus cernitur, obtuens sinistrorsum, cum nominis epigraphe.

CAESAR

CAESAR IMP. PONT. IIIVIR. R.P.C. Nummum
hunc argenteum domi habeo.

In una parte.

18. Julius Cæsar senex Laureatus, læuo obtutu,
aperto collo, ob cuius os legitur. CAESAR
DICT. retro ceruicem trulla uidetur.

In altera.

M. Antonii uultus, nudo capite & collo, cui
lituo ad collum adsignato, & literis ante
oculos exaratis. M. ANTON. IMP. R.P.C.
Nummum hunc argenteum uidi aliquando
apud D. Antonium Augustinum Romæ

In una parte.

19. M. Antonius prodit læua facie, sine ullo
decore capitis, cum amplo titulo. ANTON.
AVG. IMP. III. COS. DES. III. V. R.P.C.

In altera

Titulum solum lego in umbilico impressu.
ANTONIVS AVG. IMP. III. Argenteum huic
nummum habet D. Achilles Maphæus
Romæ.

In una parte.

20. M. Antonius depingitur non coronatus, læua fa-
cie, absq; nominis epigraphe: uerum ad ceruic-
em est adpressus lituus auguralis.

In altera.

Iricus reperitur radiatus, ad læuam intuens,
cum tali circumscriptione. M. ANTONIVS
IIIVIR. R.P.C. Nummum hunc argetum
uidi Lugduni apud D. Gulielmum Cauliacum.

In una

In una parte.

Signa auguralia impressa uides, lituum, trullã, & pullum gallinaceum. Supra legi. M. ANT. IMP.

In altera.

Signa religionis reperio, Aspersorium, securim sacram cum infixo apri capite, ac albo= galerum. Sine ullis literis tamen. Ar= genteum eum nummum uidi Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

M. Antonius effigiatur inornatus, læuo obtutu, cum nominis commendatione. ANTON. AVG. IMP. IIIVIR R.P.C.

In altera.

Titulus uelut in tabula depictus habetur huiusmodi. M. SILANVS AVG. Q. PRO COS. Nummum hunc argenteum uidi Lugdun. apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

L. Antonius effigiatur obtutu sinistro, aperto capite, cuius nomen arguit epigraphe. L. ANTONIVS COS.

In altera.

M. Antonius habetur incoronatus, læuo ob= tutu, Circumscriptio. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR. M. BARBAT. Q.P. Nummum eum argenteum uidi aliquando apud Antonium Romanum Antiquarium.

In una parte.

M. Antonius

24. M. Antonius mornatus uidetur sinistra facie, cum epigraphe. M. ANTONIVS AVG. IMP. III. VIR. R. P. C.

In altera.

Corona triumphalis, in qua adparet etiam Victoria palmifera, dextra coronam alteri magis offerens. Nec literae hic additae sut ullae. Nummus hic argenteus est apud D. Rinaldum Odonem Venetum.

In una parte.

25. Victoria cernitur, laeua facie, capillo ad syn-ciput in nodum reuincto. Inscriptio. IIIVIR R. P. C.

In altera.

Leo sinistrorsum tendit. Supra feram legere est. ANTONI. à dextris. A. à sinistris XII. Subtus. IMP. Nummum hunc argenteū domi meae licet conspicari

In una parte.

26. M. Antonius habetur, aperto capite, laeuo uultu, Inscriptio. M. ANTONIVS IMP.

In altera.

Templum hypaethon est, in quo medio aduersa est Orientis irradiati imago, cui numini ea aedes dicata est. Inscriptio. IIIVIR. R. P. C. Nummum hunc argenteum uidere licebit apud me domi

In una parte.

27. M. Antonius cernitur, aperto capite, dextra facie,

facie, Inscriptio. M. ANT. IIIVIR ITER. R.P.C.

In altera.

Lepidi est effigies, nudo capite, dextro ore, cum nominis sui epigraphe. M. LEPIDVS IIIVIR R. P.C. Nummum eum argenteum me uidisse memini apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

28. M. Antonius procst, læuo obtutu oris, capite detecto, cum nominis monumento. M. ANTONIVS IM. ORIENTIS.

In altera.

Cleopatra diademata ponitur, facie prastantiss. læua, capillo calamistrato, cum nominis amplo elogio. CLEOPATRA REGINA AEGYPTI. Ante eius pectus est rostrum nauis. Nummum eum argenteum in bonis suis habet Roma D. Alexander Cruinus

In una parte.

29. M. Antonius est depictus, facie sinistra, apto capite, cum tali titulo. M. ANT. IMP. IIIVIR R. P. C.

In altera.

Signa duo collocata sunt militaria, asta et laurea. inter quæ legitur. LEG. VII. Nummus hic argenteus à me uisus est apud D. Antonium Augustinum Romæ

In una parte.

30. M. Antonius habetur denudato capite, ad

Læuam

J.

Lauam affixo oculo, cum nominis titulo. M. ANTONIVS COS.

In altera.

Lepidus effigiatur eôdem inspiciens, inornatus itidem, cum ampliori titulo. LEPIDVS PON. MAX. IIVIR. R.P.C. Nummum hunc argenteum memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

31. Nauis bellica contabulata ad lauam remis agitur. Proræ affixum est ad terrorem hostium fulmen Jouis. Signi loco. Circũscriptiõ. ANT. AVG. IIIVIR R.P.C.

In altera.

Signa tria militaria rostris infixa sunt, quorum imis, ac summis intermedijs corona adparent, medijs libramenta æquilibria uentilant. Inscriptio. COHORTIS AVGVR .... Nummum hunc argentẽ uidi Francofordiæ apud D. Hieronymum Aginum.

In una parte.

32. Nauis contecta, ad bellum instructa, ad lævam partem agitur remis, clauo adsidet nauarchus. In Prora conto suffixus est draco signum: in aëra mirè uentilans. Inscriptio. ANT. AVG. IIIVIR R.P.C.

In altera.

Signa tria adstant militaria, medio loco,

Aquila

Aquila inter duo fulmina. Interstitio in ipso legitur. LEG. II. Nummus hic argenteus mihi ipsius est Francofordiæ apud D. Hieronymum Agninum

In una parte.

33. Nauis bellica, ad dextram oram remis agitur, cuius in puppi aries subducta è machina. Circumscriptio. ANTONIVS AVGVR IIVIR R.P.C.

In altera.

Signa militaria tria sunt oraline in terram defixa. Aquila medium est inter Victoriã, ac coronam. Inscriptio. ANTONINVS I. P. VERVS AVG. NEST. inter signorum interualla. LEG. VI. Nummum hunc argenteum habet Francofordiæ D. Hieronymus Agninus

In una parte.

34. Nauis cernitur ad bellum confecta, ac armata, sinistro mari remis compulsa, ab lateribus contecta, contra hastilium telorum iactum. Prora prætixus est Draco signum. Inscriptio. ANT. AVG. IIVIR R.P.C.

In altera.

Signorum trium militarium, oraline positorũ, medio cernitur loco Aquila, terculia sut alia, cum superuentilantibus lemniscis eneis. Inscriptio. LEG. XII. ANTIQVAE. Nummo in alio, quanquam signorum alia est figura, Inscriptio item alia legitur.

LEG. XVII.

LEG. XVII. CLAVD. REST. Auersa parte nihil immutatum uidi. Vtrumuis argenteum nobis commonstrauit D. Hieronymus Agninus Francofordiæ.

In una parte.

35. Nauis ad bellum parata, sinistrorsum remis impellitur, cuius in prora fulmen est præfixum, instar uexilli, remiges transtris assident, intenti remigio. Inscriptio. ANT. AVG. IIIVIR R.P.C.

In altera.

Signa tria militaria ordine sunt humi defixa. Aquila medium est inter fercula, quorum partibus inferioribus suppara sunt adpensa. Inscriptio. COHORTIVM PRAETORIARVM. Argenteum eum nummum uidi Francofordiæ apud D. Hieronymum Agninum.

In una parte.

36. Lepidus cernitur, dextra facie, aperto capite, Inscriptio. P. LEPIDVS IIIVIR.

In altera.

Puteal sertis circumquaq̃ obuestitum: in cuius utroq̃ latere est cythara. Inscriptio. PVTEAL SCRIBON. infrà. LIBO. Nummum hunc aureum me uidisse recordor apud Reuerendissimum Patriarcham Aquilegiensem.

In una parte.

Lepidus

142

37. Lepidus effigiatur, obuelatus capite, lauo ore, sub cuius mento est lituus, ad ceruicem amula sacra, absq; inscriptione ulla.

In altera

Eques acuminato galericulo ornatus, citato equo ad lauam decurrit uiam, dextra manu flagellum tenens, quo alium equũ ab latere currentem adigit, ac si cursus celeritate contenderet. Post eum corona laurea suspensa, ac infixa humi palma. Inscriptio. P. SEPVL .... MACER. Nummum hunc argenteum memini me uidisse Norimbergæ apud D. Bilibaldum Incuriam.

M. Antonij

g. iij.

M. Antonij Argentea Græca.

In una parte.

1. Corona pampinea uidetur, in qua media Canistri summo ori (nam eleuatum paulò cernitur operculum) serpens se ingerere uelle uidetur, sese mirum inmodũ inflectens, absq; ulla adscriptione.

In alia

Jouem fulminatorem, nudum, læui coopertũ strophiolo post tergum deuolitante, uideo. una fulmen habens, altera aquilam, basi insistens, duobus serpentibus flexuosis ima parte inter sese innexis sustentatur. Mirum in M. Antonium & Cleopatram intelligamus. Supra Jouem. ΚΥΛΑΣ. ad latera. ΚΡΗΤΛΙΣΩΝ. Infimo loco. ΚΡΗΤΑΡΧΑΣ. Argenteus hic nũmus aliquando apud Bonum Venetum Aurifabrum mihi demonstratus fuit.

In una parte.

2. M. Antonius cernitur, læuo uultu, aperto capite, cum circumscriptione græca. Μ. ΑΝΤ. ΑΡΜΕΝΙΑΣ ΚΑΤΑΔΟΥΛΩΣ.

In altera.

Cleopatra occurrit, uelata caput, læuo ore, cum specioso titulo. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΑΙΓΙΠΤΟΥ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. Nummum eum argenteũ domi meæ habeo.

M. Ant.

M. Antonij, uxores .IIII.

ANTONIA. I.

SEPTIMIA. II.

FVLVIA. III, ex qua ei nati sunt filij duo, IVLIVS ANTONIVS & M. ANTONIVS ANTILLVS.

OCTAVIA MINOR, ex qua ei natæ sunt filiæ duæ: ANTONIA Maior & ANTONIA Minor.

CLEOPATRA, Aegypti regina, ex qua ei nata est filia una. s. Helena, Regis Jubæ uxor, & Ptolemæi Mauritaniæ regis mater.

Augusti, post M. Lepidi, & M. Antonij IIIVIR: obitum, Numismata, & primum.

Argentea Insigniora.

In una parte.

1. Augustus cernitur inornatus, læuo uultu, apto collo, cui adscriptum legitur. IMP. IX. TR. POT.

In altera.

Templum hexapylon, quaterni cui gradus sunt substructi in ascensum, quod ex diametro intuentibus patet. Cuius in Zophoro legitur. ROM. ET AVGVST. Tympanum lilio, summo & angularibus ornatur palmulis. Ab ædis lateribus uidetur. COM. - ASIAE. Hunc nummum argenteum magnum nobis Romæ D. Achilles Mapheus commonstrauit.

In una parte.

2. Augustus, sine capitis ornatu, sinistrorsum oculos dirigens, cum inscriptione tali. IMP. IX. TR. PO....

In altera.

Formicem uideo, Augusti honori factum altissimum duobus signis, aquilis in laterib. adpressis, quæ ex hostibus Parthicis receperat, quod in eo lego scriptum. S. P. Q. R. SIGNIS RECEPT. In frontispicio prætereà legitur. IMP. IX. TR. PO. IV. Prætereà & Coronis ipsa

ipsa quadrigam triumphalem habet, cum statua triumphatoris. Hic argenteus nummus, apud Patriarcham Grimanum Venetijs nobis demonstratus est, per quam elegans & magnus.

In una parte.

3. Augustus effigiatus est aperto capite, iuuenili aspectu, Læuoq̃, cum nominis bræui subscriptione. IMP. CAESAR.

In altera.

Corona laurea impressa est, in qua media Capricornus cælestis, (propicium Augusto nascenti sydus) adparet, cuius à medio tergo cornucopiæ assurgit, quod auersus intuetur. infrà legitur inserto. AVGVSTVS. Nummum hunc argenteum amplum elegantem uidere me recordor Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

4. Augustus in sinistram partem intuens, non coronatus, cum adscriptione. IMP. IX. TR. POT. V.

In altera.

Martis Vltoris templum effiguratum est, quatuor gradibus, columnis totidem Corinthiacis obfulcitum, Zophoro trophæa infixa sunt. Tectum est sphæricum. In ualuis est signum militare erectum. Inscriptio lateralis. MART. VLTO. Argenteum

hunc

hunc nummum magnum apud Patriarchã Grimanum Venetum delineaui.

In una parte.

5. Augustus cernitur, læua facie, irradiatus & simul laureatus, thoracatus, ac paludatus, aduerso dorso, manu, quæ supra humerum adparet, lauri ramum tenens, Inscriptio exæsa fuit.

In altera.

Templum Iouis Capitolini hexapilon uisitur, atq; eius numinis in adyto delubrum, ac signum. Cui sacra fiunt publica, maximaq;. Sacris præest Augustus ipse prætextatus, ac obuelatus sacerdos, Imp. in aram patinam porrigit, sacrificus lituum tenet. Lanio trullam habet effundendo sanguini. Propter aram procumbit Taurus. Proximè Imp. puer stat, sacrorum minister cũ acerra. Quid plura, laureatorum infinitus numerus. Laureolos etiam ramulos singuli manibus gestant, uiri, ac plebei, & promiscuè mulieres. Laniones seminudi, officiosi, Sacris intendunt animos. Infrà ꝑtereà rei gestæ legitur memoria. IMP. CAE. LVD. SAE. F. COS. V. Nummum hunc argenteum ego uidi apud . . . . .

In una parte.

6. Augustus uidetur radiatus, læua facie, ob cuiꝰ mentum est lauri ramus, ad ceruicẽ lituus.

In altera.

In altera.

Jani quadrifrontis templum, ut celeberrimum antiquitus, ita ornatissimum. Quadrata constat forma. Gradus plures operi toti substructi. Zophori proiecturis latissimis, columnæ altissimæ quaternæ striatæ singulis obtutibus, quoquo uersum spectemus, & capitula Corinthiaca præfulciuntur. Sophora lata fascia inclita, uariorum animaliũ formis sculpta. Summo in fastigio, plano quidem ipso, ipsius dei est imago: quem, quocunq; intuearis, aduerso uultu intuebere, uicissim oculos figentem. Interior structura è quadrato lapide in medium propyli altitudinem è quadrato lapide assurgit: Mediam habet portam, miro artificio factam, aneam, quaternis insistẽtem polis subtilioribus, eamq; aduersam. Idem de auersa sentio. Tympanum huic incumbit triangulum, Victoris, supplicumq; signatum formis. In angulis frequens est columnarum ordo rudiorum. A portis Zona est, sertis unaquaq; uestita. Ab his, pari cum Zophoro altitudine efferuntur cancelli, per quos in ædem lumen immittatur. Inscriptio. PAX ORBIS TERRARVM. infrà. IMP. PERPET. S.C. Nummum eu argenteum perelegantem mihi seruo.

Argentea.

Argentea Aug. Vulgatiora.

In una parte.

1. Augustus depingitur dextra facie, nudo uertice, & collo, cum adscriptione tituli.
IMP. CAESAR AVGVST.

In altera.

Ciuitas deformata est Hispaniae Emerita, eam Augustus ueteranis militibus instaurauit.) muro pinnato munita, turribusq3, geminis à fronte patet portis, qua in media nomen suũ prodit, uelut in tabella descriptum. EMERITA. circum. P. CARISIVS LEG. PROPR. Hummũ cum argenteum memini me uidisse align apud. D. Joannem Jacobum Tuccherum Augustæ Vindelicorum

In una parte.

2. Augustus effigiatur dextra facie, nudato uertice, apertoq3 collo, cum nominis elogio.
IMP. CAESAR AVGVST.

In altera.

Tropheum eximium, è galea, telis transuersis, clypeo, & thorace comparatum, nimirũm ex Bruti & Cassij, qui patrem Julium in Curia interfecerunt spoliis. Prope id humi maxima copia armorum resspersa: etenim scuta uideo, hastas, enses, pila, spicula, bipennem, & inter alia pugio ille est, quo

est, quo confossus est D. Cæsar. Circumscriptio. P. CARISIVS LEG. PROPR. Alij legunt. PRO MVIR. Nummum eum argenteum habet in Nu=mismatis suis. D. Georgius Romanus Nori=bergæ.

In una parte.

3. Appollo irradiatus, læuo ore, cum circum=scripto nomine Triumuiri monetalis. L. AQVILIVS FLORVS MVIR.

In altera.

Parthus supplex in genua procidens, caligatus, sagatus, ambabus manibus signa, Crasso capta, Aug. restituit. Circumscriptio. CAE=SAR AVGVSTVS SIGN. RECEP. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

Augustus cernitur aperto capite, læua fa=cie, sine ulla literarum nota.

In altera.

Templum altum deformatur. Cuius fasti=gium statuas hastatas, Victoriam, trophæa gerentem, Victorem, & supplices formas habet, & huius generis alia. Huius pro foribus, unde incumbentes prætereuntem spectant quemuis,* pulpitum, nobiliorum ædibus familiare. In frontispicio legi=tur. IMP. CAESAR. Nisi uigiliarum custo=diam dicamus, & stationem. Nummus

hic

hic argenteus à me uisus est apud D. Joannẽ Jacobum Tuccherum Augustæ Vindelicorũ.

In una parte.

5. Augustus hæbetur aperto capite, læuo obtutu, cum addita ad ceruicem unica dictione. CAESAR.

In altera.

Corona Laurea, & in hac clypeus, duobus exaratus literis. C. A. Nummus hic argenteus à me conspectus est apud D. Achillem Maphæum Romæ, maiusculus.

In una parte.

6. Augustus uidetur læuo obtutu, apertis capite & collo, sine ulla litera.

In altera.

Stiuæ aratri adstat Agricolæ habitu, uelato capite Imp. bouesq; iugatos sinistrorsũ arando agro, agendoq; sulco, flagellõ quod læua tenet, agit. Supra. COL. IVL. à tergo. BEN. infrà. IMP. CAES. Nummũ eum argenteum habet in bonis suis D. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

7. Neptunus seminudus ad dextram uiam percurrere uelle uidetur: Post cuius tergum læua prominet: pede dextro nauis calcans rostrum, dextra manu inuersa cuspide tridentem tenet, læua in latere addita. Hinc inde. IMP. DIVI F.

In altera.

In altera.

Sellis duabus Curulibus coniunctis lituus & corolla sunt imposita. Inscriptio. SERVIVS SVLPICIVS GALLVS MVIR. Nummum hunc argenteum uidi Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

Apollo irradiatus habetur, læuo obtutu, Circumscriptio. L. AQVILIVS FLORVS MVIR

In altera.

Quadriga ad Læuum itiner pertracta, ē Circensium pompis, qua in media lilium, aut floz adparet. Suprà. CAESAR AVGVSTVS. infrà. S.C. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum

In una parte.

Oriens cernitur radiatus, læua facie. Cuius in maxilla signum est. ⊞. Inscriptio. L. AQVILIVS FLORVS MVIR.

In altera.

Quadriga impressa est affabrefacta, ad læuam uiam pertracta. In curru liliū eminet media Suprà. AVGVSTVS. infrà. S.C. Nummum hunc argenteū uidi Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

Augustus adest dextra facie, non coronatus, cum tali epigraphe. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

In altera.

Arcus triumphalis, tribus portis patens: sũmo in huius fastigio Victor, quadriga in spectatorem procurrit: à dextra læuaq̃ porrigentium laureas & palmas, formas habet Victoriarum. Insuper in læuo angulo Parthus arcum tenet. Circumscriptio. CIVIB. ET SIGN. A. PARTHIS RESTITVTIS. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

11. Augustus cernitur aperto capite, dextro uultu, cum nominis titulo. CAESAR AVGVSTVS.

In altera

Sappho Poëtria conuersa, tunicam induta, ac latam cycladem, ambabus manibus lyram tenens. Hincinde. IMP. X. Hic argenteus nummus à me uisus est: apud . . - - - - - -

In una parte.

12. Augustus laureatus depingitur, sinistro uultu, aperto collo, cum nominis additione. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Eques probè armatus, paludamento uolitante, ad læuam citato festinat equo. Cnimirum est, in Armenios uadens, clypeum gerens læuo brachio, & parazonium. Retrò quem tria sunt signa constituta

constituta militaria. Supra infrag. C. CAES. AVGVS. F. Nummum istum argenteum sum conspicatus Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

13. Augustus cernitur radiatus, Lævo obtutu, aperto collo, cum nominis brevi elogio. DIVVS AVGVSTVS.

In altera.

Caligula effigiatur, Læva facie, delectis capite et collo, cum epigraphe tali. C. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT. COS. Argenteum hunc nummum vidi aliquando . . . .

In una parte.

14. Augustus aperto capite, dextro ore effigiatur, cum nominis adnotatione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Corona civica impressa est, in cuius media clypeus aureus, cum tali monumento. S. P. Q. R. CL. V. Supra scriptum. OB CIVIS infra. SERVATOS. Nummum eum argenteum vidi aliquando apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

15. Augustus effigiatur, deflectens ad Lævam oculos, aperto capite, cum notis tituli. CAESAR DIVI F.

In altera.

Currus

Currus quadrijugorum equorum, sinistrorsùm currentium, cum imposita palmulâ: id erat præmium Aurigæ, septies ad metas currenti, Victori. Circumscriptio. C. MANIVS C. F. PRO. IIIVIR. Nummum eum argenteum vidi ego apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

16. Augustus depingitur dextrorsum obtuens, sine ullo verticis decore, cum nominis adscriptione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Clypeus Augusto positus, cum tali gratuitatis monumento. S. P. Q. R. CL. V. Nummum eum argenteum vidi ego aliàs apud D. Antonium Augustinum, & D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

17. Augustus effigiatur, denudato capite, lævo obtutu, sine ullâ adscriptione.

In altera.

Columna rostrata, circum quam rostra, navalia quæ spolia, ex Actiaca victoria capta Antonio, apposita essent: Cum imposita Augusti Victoris aurea statua, thoracata, paludata, ac hastata. Ab Lateribus. IMP. CAESAR. Nummum eu argenteum vidi aliquando apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una

In una parte.

18. Augustus cernitur aperto uertice, ad sinis-
tram obtuens, cum nominis epigraphe.
CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Clypeorum in numeroso acerruo mediam
statuam reperio, à pube sursum eminente,
conuersam ad intuentem, ambabus hinc
inde expansis manibus, apertisq; compre-
cantis forma. Circumscriptio. TRRELIA-
NVS IIVIR. Nummum hunc argen-
teum sum conspicatus aliquando apud D.
Georgium Romanum Norimbergæ.

In una parte.

19. Augustus uidetur aperto capite, læuo obtutu,
ob cuius os letuus adparet: ad ceruicem
legitur. IMP. CAESAR.

In altera.

Manipulus triticearum spicarum erectus.
Hinc inde. AVGV-STVS. Nummum
eum argenteum uidi aliquando apud
D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

20. Augustus uidetur incoronatus, aspectu simis-
tro, cum breui elogio. AVGVSTVS DIVI F.

In alia.

Augusti effigies iterum, coronati corona lau-
rea, uultu sinistro, in cuius occipitio sacer
cometes, (quem sibi propicium ducebat)
adparet.

h.ij.

adparet. Circumscriptio. M. SANQVINIVS IIIVIR.
Nummum eum argenteum uidi ego apud...

In una parte.

21. Currus quatuor equorum ad læuam trahentium, Augusto defuncto consecratus, cum fastigio triangulo, in quo totidem equi exigui magis conspiciuntur, ad cælum subuolantes. infrà. CAESARI AVG.

In altera.

Tunica palmata, togaq̃ picta seu trabea, sceptrum Romanum, & laurea, magistratuum, ac honorum insigniorum præmia ornamentaq̃, quæ Augustus oñia obtinuit. suprà. S. P. Q. R. PAREN. infrà. CONS. SVO.
Nummum eum argenteum bellum habet inter Centurias suas Romæ Antonius Romanus Antiquarius.

In una parte.

22. Augustus uidetur dextro ore, incoronatus, cum nominis adscriptione. IMP. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Mars Victor conuersus stat nudus, strophio tantum per thoracem circundato, in brachium dextrum reiecto, dextra Aquilam tenens, læuaq̃ gerens aliud signum Romanum, ad læuam deflexo uultu. Hinc inde supinæ leguntur literæ. SIGNIS RECEPTIS. Alio in nummo lrã suprà, infràq̃

infraq̃ leguntur eædem. Mars autem est paulò minor. Eos argenteos sum conspicatus aliquando apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

23. Augustus uidetur aperto uertice, dextro uultu, cum nominis epigraphe. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

Signa religionis sunt impressa hoc ordine, Sympullum in lebete tripode, patina & lituus. Circum. C. ANTISTIVS REGINVS IIIVIR. Nummum eum argenteum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

24. Augustus cernitur dextro ore, cum addita unica dictione. IMP.

In altera.

Clypeus aureus, in summo cuius margine est. CAESAR. in medio stella adparet. Post eum transuersim posita scipio eburneus, seu uirga & sceptrum. Nummũ hunc argenteum habet in bonis D. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

25. Augustus occurrit aperto capite, læuo uultu, subter cuius collum legitur. IMP. CAESAR.

In altera.

Ara

Ara sertis ornata undiq3, & infulis. Cuius in facie bimuli sculpti sunt, siue ceruus & cerua, contrarijs ad inuicem faucibus. Supra legitur, AVGVSTVS. Nummum hunc argenteum magnum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

26. Augustus effigiatur aperto capite, læuo obtutu, cum nomine ob os impresso. AVGVSTVS.

In altera.

Vexillifer altero genu in terram procumbit, sago è tergo prolabente, dextra altè uexillū attolens, læua deprestiore, supplicis forma. Circumscriptio. L. CANINIVS GALLVS IIIVIR. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud Antonium Augustinum.

In una parte.

27. Augustus cernitur aperto capite, læuo ore, cum nominis breui commendatione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Cythara duæ adparent, cum medio palmæ ramulo, infrà ambas duæ literæ. M.—A. Nummum eum argenteum ego apud me asseruo.

In una parte.

28. Augustus cernitur laurea coronatus, obtutu sinistro, cum nominis epigraphe. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

In altera.

Victoria rebus omnibus compositis, terra mariq; pace confirmatis sedet in orbem domitum, ambabus gremio adlitis, ad laeuam intentior. Asseriptio. TR. POT. XVII. Nummulum eum argenteum uidi Romae apud D. Achillem Raphaeum

In una parte.

29. Augustus occurrit aperto capite, laeuo obtutu, sine ulla nominis epigraphe.

In altera.

Aquila explicatis alis ad uolatum, rostro ad dextram sublato anguem medium tenet. Supra. AVGVSTVS. Nummu hunc argenteum uidi Augustae Vimalicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

30. Augustus effigiatur mornatus, laeuo obtutu, cum nominis epigraphe. AVGVSTVS.

In altera.

Rei gestae monumentum in breui compendio conclusum est. SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS. Nummum hunc argenteum uidimus apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustae Vindelic.

In una parte.

31. Augustus effigiatur mornatus, laeuo obtutu, cum nominis epigraphe. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

In altera.

Actius Apollo togatus stat, ad dextram uiã intentior, una plectrum, altera tenens cytharam. Hincindẽ. IMP. XII. infrà. ACT. Nummum hunc argenteum Romæ commonstrat Antonius Augustin.

In una parte.

32. Augustus effigiatur aperto capite, læuo obtutu oris, cum nominis encomio. CAESAR AVGVSTVS. Id cephalicon corona ambitur laurea.

In altera.

Victoria ad læuam partem inclinatur, trophæum insigne parat, arma hosti erepta altissimo conto ipsa suffigens. Inscriptio. C. CARISIVS REGVLVS. Hunc nummum argenteum uidi apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

33. Currus quadrijugorum equorum, Victorijs circumsignatus undiq̃, cum triangulari fastigio, in quo equi minores in cælum ascendunt quatuor. Suprà. CAESARI. infrà. AVGVSTO.

In altera.

Latus clauus, seu toga picta, insigniorum magistratuum ornatus, medium locum habet inter proximum sceptrũ aquilatum, & lauream

& lauream paulò altiorem. Supra. S.P.Q.R. PATRON. infrà. CONS. SVO. Nummum eũ argenteum habet in bonis suis P. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

34. Augustus cernitur læuo obtutu, aperto capite, cum nominis titulo. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Cephaleam iconem Dianæ offendi uariè comptæ, tutulo ornatæ, capillo in modum aureum obiecto, monili baccato decoræ, obtecto pectore, Circumscriptio. P. PETRON. TVRPILIANVS IIIVIR. Nummum eum argenteum domi meæ seruo

In una parte.

35. Augustus conspicitur nullo ornatu capitis, ad læuam intuens, cum adscriptione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

M. Antonius & Lepidus ita effigiati sunt, ut unus alterum intueantur, contrarijs oris. Circumscriptionis minimum frustum uidere, aũ legere potuimus. IMP. - - - - - - - - - - Nummulum istum argenteum domi ego habeo.

In una parte.

36. Augustus effigiatur laureatus, læuo obtutu, cum nominis elogio. DIVVS AVG. PATER.

In altera.

Ara alta, lataq; accensa adparet. Inscriptio. CONSECRATIO.

CONSECRATIO. Nummum istum argenteũ aperi aliquando apud D. Gulielmum Caluũ Legatum.

In una parte.

37. Augustus effigiatur mornatus, sinistro obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Galea Minervæ, supra quam duo copiæ cornua adsparent, à dextris pugio, siue ensis Romanus, à læua transuersum malleus. Inscriptio. P. CANISIVS LEG. PROPR. Nummum istum argenteum uidimus persæpè apud D. Georgium Romanũ Norimb.

In una parte.

38. Augustus uidetur dextro ore radiatus, cum nominis epigraphe. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Corona cuica cum tali laudum præconio. SALVS GENERIS HVMANI. Nummum hunc argenteum nobis commonstrauit...

In una parte.

39. Augustus cernitur læuo uultu, mornatus, aperto capite. Inscriptio. IMP. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Iuppiter impressus est togatus, dextra patinam tenens, sinistra sceptro innitente, qua parte, per dei brachium aquila sensim ascendit.

ascenahit. Inscriptio. IIIVIR. R.P.C. Apud Franciscum Venierum hic argenteus nummus mediocri magnitudine uidetr Venetijs.

In una parte.

40. Augustus effigiatur, laeua facie, nuab uertice, cum breui titulo. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Pharetrae cum sagittis plenae, & arcus in sua theca reconditus, principum Armeniorum arma. Supra infraq3. ARMENIA CAPTA. Nummum hunc argenteum uidi aliqn apud Reuerendissimum Patriarcham Grimanum.

In una parte.

41. Augustus uidetur, dextra facie, non coronatus, cum adscriptione tali. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

Currus quadrijugorum equorum, ad laeuam pertractus, cuius anteriori limbo Victoria stat, habenas regit. Augusto scilicet ad funeris pompam decretus, siue ad memoriam Circensibus. reductus. Cui satis conuenit subscriptio. S.P.Q.R. Hunc nummum argenteum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romae.

In una parte.

42. Augustus obuius est laeua facie, aperto uertice, cum nominis titulo. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

In altera.

Equestris statua in basim quadrangulam imposita, galeata, trophaeum gerens, ad sinistram inclinatior. Inscriptio. COS. SVF. CN. F. LENTVLVS. Nummum eum argenteum apud me habeo domi.

In una parte.

43. Augustus uidetur laureatus, dextro obtutu, cum nominis commendatione. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

Templum Martis Vltoris hexapilon, sphaericum, gradibus ternis instratum, multis Victoriarum imaginibus per coronam dispositis, ornatum. In quo praetereà inter medias columnas tria adparent signa militaria. Ab latere utroq; aedis. MAR. VLT. Nummum eum argenteum habet in bonis suis D. Antonius Augustinus Romae.

In una parte.

44. Augustus prodit aperto capite, & collo, laeuo obtutu, cum nominis epigraphe. AVGVSTVS.

In altera.

Terminus Deus radiatus, conuersus, circa cuius pedes fulmen trisulcum adparet Iouis. Hincinde. IMP. CAESAR. Cum nummum argenteum domi habeo.

In una

In una parte.

45. Augustus depingitur nullo ornatu capitis, ad sinistram obtuens, denudato collo, cū nominis adscriptione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Pegasus alatus ad sinistram deflectit uiam. Circumscriptio. P. PETRON. TVRPILIAN. IIIVIR. Nummus hunc argenteum possidet D. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

46. Augustus uidetur aperto capite, ad lævam intuens, cum nominis adscriptione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

M. Agrippa effigiatur, ad lævam intuens. Circumscriptio. M. AGRIPPA. P. LATORINVS IIIVIR. Nummum eum argenteum apud me habeo.

In una parte

47. Augustus cernitur aperto capite, et collo, dextrorsum obtuens, cum tali titulo. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

Templum tetrapilon ternis gradibus instratum, sphæricum, palmis, onisq; castrorum coronam ambientibus ornatum. Quo medio currus est positus, triumphalis, subiecto clauo: nam è limbo curri anteriori equi quatuor in caelū euolant.

pari usu

pari uisu sceptrum aquilatum praterea in medio curru adparet. infrà, gratitudinis memoria est. S. P. Q. R. Nummum hunc argenteum satis insignem apud me domi conseruo.

In una parte.

48. Augustus effigiatur laureatus, læua facie, cum breui encomio nominis. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Statuæ duæ conuersæ stant, altera togata, dedicatoris, altera ferè nuda, læui tantum hymatione, genitalia tegens,* Victoris Augusti, una Victoriam tenentis, altera sceptrum, sub stella collocatus, quam alter dextræ manus latè exerto indice pertingit, læua in orbem impressa. Circumscriptio. L. LENTVLVS FLAMEN MARTIALIS. Nummum eiusmodi argenteum ego apud me domi habeo.

In una parte.

49. Augustus uidetur aperto capite, læua facie, sine nominis ulla epigraphe.

In altera.

Currus quadrijugorum equorum, ad sinistram uiam pertrahentium, multis imaginibus per limbum dispositis, ornatus, ex eorum genere, qui Circensibus muebebantur. Supra legitur. CAESAR AVGVSTVS.

AVGVSTVS. Nummum hunc argenteũ inter mea bona apud me domi habeo.

In una parte.

50. Augustus delineatus est laeua facie, aperto capite, cum nominis adscriptione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Apollo effigiatus est, diadematus, cuius in fronte gemmae adparent, quae trifolio herbae persimiles, laeuo ore, cuius ad tergum pharetra cernitur. Oculatiorem hic operior qui iudicet. Circumscriptio. C. MARIVS PRO IIIVIR. Nummum eum argenteum cum alijs apud me adservo.

In una parte.

51. Augustus cernitur laeua facie, aperto collo, & capite, sine nominis Inscriptione ulla

In altera.

Fornix Augusto erectus, in cuius lateralibus structuris signa insculpta sunt Aquilae, quae Victor ipse ex hoste recepisset. Cuius in frontispicio, seu in corona laui legitur. IMP. IX. TR. POT. V. intra opus, seu in porta. S. P. Q. R. SIGNIS RECEPT. Summa coronide quadriga Victoriae, & Trophaeum medium adsparent. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romae.

In una

In una parte.

52. Augustus uidetur nullo serto redimitus, dextro obtutu, cum nominis breui commendatione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Flos, Cardo Veneris similis impressus, cũ analogica circumscriptione. L. AQVILIVS FLORVS IIIVIR. Nummum istum argenteum uidi ego apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

53. Augustus cernitur læua facie, aperto ~~facie~~, uertice, & collo, cum nominis additione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Leo immanis præ nimia esurie in rabiem propè adactus ceruum prorsum crudeliter & dirè mordicat, manditq̃. Circumscriptio .. S.T.V.R.M.IVS IIIVIR. Nummum hunc argenteum me uidisse aliquando recordor apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

54. Augustus cernitur, non ornatus, læuo ore, cum tali adscriptione. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Diana Venatrix, tunicam breuem induta, cane

cane comitata uenatico, altera sagittam tenet, altera arcum tensum, exerta mãma læua. Hincinde. IMP. X. infrà. SICIL. Nummum eum argenteum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

55. Augustus habetur incoronatus, læuo uultu, cum breui elogio nominis. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Luna sub maiori astro, nimirum sole posita. Circumscriptio. TVRPILIANVS IIIVIR. Nummus hic argenteus à me aliquando uisus est apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

56. Augustus adest læuo ore, aperto capite, cũ breui epigraphe. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Iouis Olympij templum hexapilon, ternis gradibus instratum, lituis angularibus, quernaq̃ fronde ornatum. Tympanum mediam habet fenestram magnam. Hincinde. IOVI OLYM. Nummum hunc argenteum apud me habeo domi. . .

In una parte.

57. Caput uirile, læuo obtutu, cum adscriptione huiusmodi. M. DVRMIVS IIVIR HONORI.

In altera.

Biga à duobus elephantis tracta, Imp. Augustus

i.

Augustus trabeatus, dextra manu sceptrum, in cuius summitate est aquila, sinistra lauri ramum tenens, dextrorsum uehitur. Additaq; est suprascriptio infrascriptioq; huiusmodi. AVGVSTVS CAESAR. Hunc nummum argenteum habet Illustris D. D. Franciscus Medices Princeps Florentinus.

In una parte.

58. Augustus cernitur aperto capite, laeua facie, ore sinistro, cum nominis adscriptione. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

Quadriga, uictoriis circumquaq; sculpta, honori Augusti Circensibus decreta. Cuius in trianguli fastigio quatuor equi minores iis, qui currum trahunt sinistra uia, eodem subsiliunt: in qua media erectum est sceptrum aquilatum, supra equos, dedicatorum memoria est in quatuor lris. S. P. Q. R. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romae.

In una parte.

59. Augustus uidetur laeuo obtutu, apertis capite collоq;. cum nominis epigraphe. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Corona ciuica reperitur, cum monumento gratuitatis medio. OB CIVIS SERVATOS.

Nummum

Nummum hunc argenteum sum aliquando conspicatus apud D. Georgium Romanum Norimbergæ.

In una parte.

60. Augustus effigiatur læua facie, aperto capite, cum tali subscriptione. IMP. CAESAR.

In altera.

Albogalerus Pontificis pileus, inter ancilia aurea duo medius. Suprà infraq̃. P. STOLO MNIR. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

61. Augustus conspicitur læuo obtutu oris, apertis & capite & collo, cum adscriptioe. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Apollo Actius conuersus stat, tunica talari indutus, dextra dimissa plectrum, læua ad latus contracta lyram tenens. Circa huius crura hincinde. IMP – X. infrà. ACT. Nummum hunc argenteum uidi aliquando Romæ apud D. Achill. Maphæum.

In una parte.

62. Augustus uidetur apertis capite, & collo, læuo obtutu, cum adscriptione nominis. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Corona

i.ij.

Corona querna, seu ciuica impressa est. Supra quam legitur muneris eius Augusto cōcessi ratio, partim supra, partim infrà. OB CIVIS SERVATOS. Nummum eum argenteum uidi aliquando apud D. Georgium Romanum Norimbergæ perelegantem.

In una parte.

63. Augustus uidetur, læua facie, apertis capite & collo, sine ulla inscriptione.

In altera.

Capricornus ad sinistram uiam inclinatus, supra cuius tergum cornucopiæ adparet. infrà. AVGVSTVS. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum. Plures sunt alij argentei nummi Capricornis signati, uerum ab his uix discrepantes: nam aut Augustus ad dextram intuetur, aut scabra, aut descriptionem particularem non requirant.

In una parte.

64. Augustus depingitur læuo obtutu, aperto capite, cum nominis commendatione. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Capricornus ad lævam aeris plagam conuersus, globum clauumq; inter pedes tenet, infrà legitur. IMP. XI. Nummum eum argenteum uidi aliquando apud D. Achillem Maphæum. . . . . .

In una

In una parte.

65. Augustus uidetur Laureatus, Læuo obtutu, cum nominis epigraphe. CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE.

In altera.

C. et L. M. Agrippæ naturales, Augusti adoptiui filij conuersi ambo stant & togati. queis memor ille defunctis has statuas posuit, addito cuiqꝫ suo clypeo, & hastis aureis in curia, supra quos lituus lituus & sympullum adparent. Rei conuenit circumscriptio. C. L. CAESARES AVGVSTI F. COS. DES. PRINC. IVVENT. Nummum hunc argenteum inter aliorum mearum centurias ipse ego domi meæ adseruo.

In una parte.

66. Augustus uidetur aperto capite, Læuo obtutu, cum nominis adscriptione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Signa duo militaria, duobus angulis interram fixa sunt, interqꝫ ea medius clypeus signatus tribus literis. CL. V. in sui medio. Deinde gratuitatis memoria est, circa eundem supra infraqꝫ. S-P.Q-R. Superiùs inferiusqꝫ. SIGNIS RECEPTIS. Nummum eum argenteum uidi ego alibi apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

Augustus

67. Augustus cernitur aperto capite & collo, sinistrorsum intuens, sine ulla Literarum epigraphé.

In altera.

Fornix altus, latusq; Augusto factus, cuius in fastigio quadriga adparet, testis Victoriæ contra nos rotata. In frontispicio. IMP. CAESAR. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

68. Augustus uidetur, læuo obtutu, radiatus, cum adscriptione. DIVVS AVGVSTVS.

In altera.

Victoria dextro itinere ingreditur, dextra manu clypeum rotundum præferens. Inscriptio numismatis hæc erat. I. O. M. A. N. V. .. Apud Franciscum Venierum nummus hic argenteus habetur Venetijs, mediocris.

In una parte.

69. Caput muliebre, ceu Reginæ, diademate gemmato, monili baccato, ornata, læua facie, obtecto pectore. Inscriptio. TVRELIANVS IIIVIR. F. inferiùs. ERO.

In altera.

Triumphalis elegantiss. currus à pari elephantorum dextrorsum rotatur, quo Imp. palmata indutus toga, laurea coronatus,

sceptrum

sceptrum una, altera Laureum tenens ramum, uehitur. Supra legitur. AVGVSTVS. infra uero. CAESAR. Hunc argenteum nummum apud stephanum Bubalum, Romæ sumus conspicati.

In una parte.

70. Augustus cernitur denudato uertice, læua facie, cum nominis titulo. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Martis ultoris templum tetrapilon, sphæricum. (Si uindicaret Cæsaris necem uoto suscepto ædificatum ab Augusto.) quo medio Deus stat nudus, galeatus, conuersus ad nos. dextra tenens signum Aquilam medium, læua Trophæum. Ab lateribus. MAR. VLT. Hum nummum argenteum conspexi aliquando apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

71. Augustus cernitur, nudato capite, læua facie, cum nominis additione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Harpija stat conuersa, summo corpore, pube tenus uirgo alata, caudam habens pennatam, in pedes desinens anserinos, dextra tibiam tenens. Circumscriptio. P. PETRONIVS TVRPILLIANVS III.VIR. Hummum eum argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una

In una parte.

72. Augustus uidetur Laurea canaliculatus, facie sinistra, cum nominis elogio. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Taurus ad sinistram uiam prorumpit è carcere demissus in forum ✠, hostem occurrentem præmissis cornibus facilè feriturus, aut unguibus obtriturus. infrà. IMP. XII.

Nummum eum argenteum habet apud se Romæ D. Antonius Augustinus. In alijs nummis Taurus ad dextram conuertitur, in aduersaq; parte nummi Augustus reperitur incoronatus: Utrobiq; tamen litera cum descriptione nrâ cõueniunt.

In una parte.

73. Augustus uidetur Laua facie, aperto capite, Inscriptio. S. P. Q. R. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

Fornices duo lati, triumphis Aug. dedicati: in quibus singulis equestres statuæ, trophea è uarijs armis comparata tenent. Medio inter arcus loco Legere est. QVOD VIAE MVN. SVNT. Apud Franciscum Venierum hunc nummum amplum argenteum delineauimus Venetijs.

In una parte.

74. Augustus habetur, Laurea insignitus, dextra facie, cum inscriptiõe. S. P. Q. R. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

In altera.

Fornices duo, in quibus statuæ duæ equestres impositæ sunt, & Trophæa duo è variis barbarorũ armis collecta. Inscriptio. QVOD VIAE MVN. SVNT. Argenteus hic nummus apud D. Franciscum Demierum conspicitur.

In una parte.

75. Augustus inornatus cernitur, lævâ facie; cum nominis commendatione. S. P. Q. R. CAESARI AVGVSTO.

In altera

Imp. stat conversus, nudus, galea munitus, dextra tenens labarum, lævâ parazonium, quo perplicatum incumbit brachio palliamentum. Circumscriptio. IO. M. SAC. VOT. P. SVSC. P. RO. SAL. ET. RED. Nummum eum argenteum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

76. Augustus habetur inornatus, sinistrorsũ intuens. Subter collum Capricornum cælestem habens, quod signum ei nascenti adjunxit. Inscriptio. CAESAR IMP. COS. VI.

In altera.

Crocodilus ad sinistram tendit: cum inscriptione superiori. AEGYPTO. inferiori. CAPTA. Nummum hunt argenteũ Romæ apud Hannibalem Carum conspeximus.

In una

In una parte.

77. Augustus occurrit Laurea donatus, læuo obtutu, cum nominis adscriptione. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Taurus ferox mansuetusq; ad læuam uiam pergens, obuium gladiatorem cornu obiecto petiturus adparet. infrà. NVM. X. Nummum hunc argenteum habet . . . . .

In una parte.

78. Augustus depingitur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Sella in curuli Imp. tunica palmata, ac toga picta conspicuus, corona pulcher aurea, sceptrum habens sinistra, prorrecta manu dextra oblatum infantem ab alienigena palliato accipit. infrà. NVM. XIIII. Hunmmum eum argenteum uidimus aliquando apud D. Gulielmum Caulium Lugduni.

In una parte.

79. Augustus et Liuia contigui deliniati sunt, sinistrorsum intuentes, hic galeatus, illa tutulata, aduersis ferè totis pectoribus, uelut in basi collocati, cuius uterq; angulus arietinum habet caput. Inscriptio. Q. AVGVSTVS. infrà. ANTIOCH.

In altera.

Aedificium quadrangulum, cum area habetur, cuius duo latera turribus firmatur,

uel

uel subductionib. reliquo opere parietibus, titulusq; in fronte aedis talis deprehenditur. FOR. RE. Circumscriptio. CAESARI AVGVSTO. infrà. EX S.C. Hunc nummum argenteum apud Aeneam Vicum Parmen. Venetijs conspicere mihi contigit.

In una parte.

80. Augustus habetur Laureatus, laeua facie, cū addito nomine suo. IMP. CAES. AVGVSTVS.

In altera.

Signa religionis imprimuntur tria. candelabrum nimirum inter malleum cultrumq. Inscriptio. P. CANISIVS LEG. PR. Hunc argenteum nummum apud Illustrem D. D. Franciscum Florentinum Principem uidimus.

In una parte.

81. Augustus ponitur ornatus, laeua facie, cum suo nomine adpresso. DIVVS AVGVSTVS.

In altera.

Augustus Liuiaq; sese mutuò respiciunt, ornati ambo, nisi quòd haec compto simpliciter est capillo. Inscriptio. M. ACILIVS GLABRIO PRO. Argenteus hic nummus Venetijs apud Aeneam Vicum Parmen. à me uisus est.

In una parte.

82. Augustus uidetur ornatus, laeua facie, detecto

detecto collo, cum adiecto nominis titulo. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Senatores duo in tribunali sedent, togati, mutuum alloquentes, consultantium more, protensis dextris apertis, sinistris autem schædas hent. Quid si, Augustum Tiberiumq; ee iam in imperium adaptatum, diuinemus? Inscriptio ita habebat. C. SVLPITIVS PLATORIN. Hic nummum argenteum Romæ apud C. Antonium Augustinum designauimus.

In una parte.

83. Augustus habetur, læua facie, ornatus, aperto collo, cum adscripto obuios nomine. AVGVSTVS. Ad ceruicem uero situs adpresso.

In altera.

Dianæ Venatricis imago, sinistrorsum respectans, capillis in undæ leniter fluctuantis morem digestis, ad sinciput in strictum nodum conglomeratis, operto pectore. Cui appensa humeris pharetra adparet. Inscriptio hic est. C. MARIVS TRO... IIIVIR. Nummum hunc argenteum Romæ apud Iulium Calestanum uidimus.

In una parte.

84. Augustus habetur ornatus, sinistra facie, aperto collo, cum adalta dictione sola ad ceruicem. CAESAR.

In altera.

Vitulus

Vitulus pinguis egregiè saginatus, sinistrorsum positus est. Suprà quem legitur. AVGVSTVS. Nummum istum argenteũ Romæ nobis D. Antonius Augustinus commonstrauit.

In una parte.

85. Augustus habetur dextra facie, corona ciuica ornatus, aperto collo, sine ulla inscriptiõe

In altera.

Ara fortunæ quadrangula, breui signata est monumento, ab anteriori fronte. FORT. RED. CAES. AVG. S. P. Q. R. In illius sũmo limbo litui duo adiacent. Nummũ hunc argenteum apud Achillem Maphæũ Romæ uidimus.

In una parte.

86. Augustus habetur inornatus, dextro aspectu, aperto collo, sine nominis epigraphe.

In altera.

Capricornus cælestis, sinistrorsum spectãs, (id erat Octauiano natale sydus) inter pedes gubernaculum habet. Supra quẽ legitur. AVGVSTVS. Paulò dein altius uolitat imago, (quid uetat liuiã dicere cælo receptam?) irradiata, extẽsis ambabus, strophij circum caput in gyrum uentilantis extremos duos limbos continens. Istum nummum argenteum Romæ habet D. Achilles Maphæus.

In una

In una parte.

87. Augustus cernitur laureatus, læua facie, aperto collo, sine additâ inscriptione.

In altera.

Augusti statua galeata, paludata, aliôquè nuda deprehenditur, dextra sceptrum defigens, sinistra parâ Zonium attollens, collocata in basi quadrangula, in qua monumentum legimus. S. P. Q. R. VR. PRAE. CAES. Inscriptio superficialis ita habet. L. MESCINIVS RVFVS. Argenteũ eum nummum Romæ apud D. Achillẽ Maphæum uidimus.

In una parte.

88. Augustus cernitur detecto capitè, læuo obtutu, aperto collo, cum ob os impresso nominè. AVGVSTVS TR. POT.

In altera.

Albogalerus medius deprehenditur inter ancilia aurea, hincinde constituta. Inscriptio. P. STOLO. IIIVIR. Nummum istum argenteum Romæ uidi apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

89. Effigies Apollinis uidetur, læua facie, laureatâq, ac capillo comptissimo, ad cervicem in nodum aureum reuincto. Inscriptio. C. CASSEI IMP.

In altera.

Cancer

Cancer marinus, pedibus anterioribus acrostolium tenens, subter stola sacra expanditur, sub ea rosa, qualis in Rhodiorũ nummis reperitur. Inscriptio. M. SERVILIVS LEG. Nummum hunc argenteum uidi Norimbergæ apud D. Georg. Lanollerum LL. Doctorem.

In una parte.

90. Augustus cernitur Cephœus, læuo ore, collo aperto, cum adscriptione nois. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Cererem deam stolatam, solio sedentem eburneo, pedes scabello substructo imponentem, dextrorsum obtuentem uideo, dextra spicas triticeas ac papauer, læua summam facem accensam tenens. Sine inscriptione. Argenteum hunc nummum apud D. Achillem Maphæum Romæ uidisse me recordor.

In una parte.

91. Augustus uidetur inornatus, læua facie, cum nominis breui elogio. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Augustus in sella Curuli sedet, in læuo latere, togatus: quem miles Romanus, thoracatus, paludatus, galea tectus, necnon mucronẽ accinctus, lauri ramulo

ornati

donati, ut cuius auspicijs victoriam sit
assequutus. infrà. IMP. X. Summum
hunc argenteum vidi Norimbergæ apud
D. Georgium Kandlerum, LL. Doctorem.

In una parte.

92. Augustus adsidet læuo obtutu, aperto
capite, & colli, cum nominis adscriptione.
CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Templum Jouis tonantis hexapilon, ternis
instructum gradibus: cum eiusdem numi-
nis simulachro in medio adyto, una ful-
men tenens, altera hastam. Sincinde:
IOV. TON. Summum hunc argenteū
vidi aliquando apud D. Achillem Ma-
phæum Romæ.

In una parte.

93. Columna lata, in qua ab anteriori fronte
legitur. IMP. CAE. AVGV. COMM. CONS. Ci-
cum ambitum metalli. L. VINICIVS L. F.
RVFVS, IIVIR.

In altera.

Coronam guernam vidi, qua media gra-
tuitatis apertum vidi inditium, descrip-
tum amplissimè. I. O. M. S. P. Q. R. PR. S.
IMP. CAE. QVOD PER EVM R. P. IN. AMP.
ATQ. TRN. S. E. Summum hunc ar-
genteum Romæ nobis commonstrauit
D. Antonius Augustinus.

In una

In una parte.

94. Columna monumentum tale impressum lego. IMP. CAES. AVGV. COMM. CONS. Circum per metalli superficiem. L. MESCINIVS ... IIIVIR.

In altera.

Corona querna adparet, in qua tanquam in tabicla dignum legitur gratuitatis testamentum. I. O. M. S. P. Q. R. V. S. PR. S. IMP. CAE. QVOD PER EVM R. P. IN. AMP. ATQ. TRN. S. E. Nummum eum argenteum commonstrare poterit D. Antonius Augustinus Romae.

In una parte.

95. Augustus effigiatur Laureatus, Laeua facie, sine vlla inscriptione.

In altera.

Boues duos subjuges, ad laeuam sulcum agentes Imp. obuelatus, togatus, dextra stiua impressa, laeua tenens flagellum, regit. infra legitur. IMP. CAESAR. Nummu hunc argenteum vidi aliquando inter Antiquitates D. Gulielmi Caulij Lugdu.

In una parte.

96. Augustus reperitur laeuo obtutu, incoronatus, cum nominis epigraphe. CAESAR AVGVST.

In altera.

Suggestus altus exstructus. In quo sedens Imp. in sella curuli, corona Laurea decorus, ac insigni

L.

ac insigni trabea, puerum ambabus manibus porrectis (hunc alienigenæ tres, uestibus peregrinis amicti offerunt) excipit, obsidem nimirum initi fœderis, ac pacis. infrà. IMP. XIII. Nummum hunc argenteum uidi Lugduni apud D. Guilielmum Cauchium.

In una parte.

97. Augustus effigiatur laureatus, dextro ore, aperto collo, nullo decoratus titulo.

In altera.

Lauri rami duo uelut insiti solo, constituti, supra quos & intra legitur. CAESAR AVGVSTVS. Nummum eum argenteū ego domi habeo.

In una parte.

98. Augustus effigiatur aperto capite, læuo ore, cum nominis breui monumento. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Equus ad lævam pergere uidetur, demissa fauce pabulum carpenti similis. Inscriptio. M. DVRNIVS MVIR. Nummum hunc argenteum uidimus Lugduni apud D. Gulielmum Cauchium.

In una parte.

99. Augustus depingitur inornatus, læua facie, cum breui subscriptione. AVGVSTVS.

In altera.

Pharetra

Pharetræ duæ Principum Armeniorum, elaboratissimæ, auro, argento, ac gemmis incrustatæ: ac sagittis plenæ acutissimis. quarum in altera Victoriæ duæ sculptæ laureas ostentant. Suprà infràq; ARMENIA CAPTA. Nummum hunc argenteum vidimus aliquando apud D. Gulielmum Caulium Lugduni.

In una parte.

100. Augustus cernitur non coronatus, lævo ore, cum nominis commendatione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Columna ænea alta reperitur, cum affixo clypeo argenteo tali monumento exarato. CLV. Suprà legitur. S.P.Q.R. Super clypeo volitans Victoria ambabus tenet manibus lauream coronam. Nummum hunc argenteum vidimus Lugduni apud Gulielmum Caulium.

In una parte.

101. Augustus occurrit inornatus, dextrorsum obtuens, subter huius collum legitur. AVGVSTVS.

In altera.

Ægypti captæ signum est Sphynx sedens, ad lævam partem intentior. infrà legitur. CAPTA. Nummum eum argenteum nobis commonstrauit aliquando Lugduni D. Gulielmus Caulius.

In una

In una parte.

102. Augustus effingitur laureatus, læuo obtutu, cum tali nominis encomio. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Diana Venatrix uolitante habitu, ad læuam uiam currit, uisa præda dextra sagittam ex appensa humeris pharetra corripiens, altera tensum habens arcu. Sinciale legitur. IMP. XI. infrà. ACT. Nummum hunc argenteum memini uidisse aliquando apud D. Gulielmum Caulium Lugduni.

In una parte.

103. Augustus occurrit inornatus, læuo ore, cui nominis epigraphe. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Signa sunt religionis. Sympullum in lebete sacro tripode, ac lituus supra patinam positus. Circumscriptio. CANISIVS REGVLVS IIIVIR. Nummum hunc argenteum uidimus aliquando Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

104. Augustus effigiatur aperto capite, læua facie, cum tali monumento nominis. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Aquila alis explicatis, irretorto impectus rostro,

rostro, lauream tenet, sine ullis literis. Nummum hunc argenteum uidi Lugdu. apud Gulielmum Caulium.

In una parte.

105. Augustus effigiatur, læua facie, inornatus, subter eius collum est stella. Inscriptio. CAESAR DIVI F. COS. VI.

In altera.

Crocodilus ad læuam tendit uiam. Suprā infraq̄. AEGYPTO CAPTA. Nummum hunc argenteum uidi Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

106. Augustus effigiatur adolescens adhuc, Læuo obtutu, aperto collo, cum nominis adscripta commendatione. CAESAR IMP. VII.

In altera.

Victoria conuersa una tenens lauream, altera palmam, in columna striata undiq̄ rotunda suprapposita est. Quam unā cum structura gemini angues longiss. implicatis caudis puluilli loco sustentāt, capite ad axillas usq̄ deæ attolentes. Hinc inde legitur per circuitum tamen. ASIA RECEPTA. Nummulum hunc argenteum habet in bonis D. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

107. Augustus habetur, sinistro ore, laureatus, cui

cui ad synciput stella affixa. Inscriptio uerò huiusmodi erat. M. SANQVINIVS IIIVIR.

In altera.

Minerua pacifera dextrorsum pergit, galea pennata, clypeoq; stella impressa insignito munita, stolata, dextra manu caduceū tenens. Inscriptio. AVGVSTI DIVI FIL.... Apud Franciscum Venierum hic nummus argenteus mediocris à nobis conspectus est Venetijs.

In una parte.

108. Diana habetur, læua facie, capillo intorto, lunaq; summæ imposita fronti, aĉ inauri ornata, uelato pectore, eoq; aduerso, et situus à ceruice adpressus. Inscriptio. AVGVSTVS.

In altera.

Augusti statuam sellæ insidentem, stylobatæ impositam, togatam, dextro aspectu, breuiores hinc atq; inde adpressæ aliæ statuæ, flexis genibus summa cum reuerentia uenerari uidentur. Inscriptionis pars à corruptione seruata. FELIX. Nummum hunc argenteū mediocrem apud Sebastianum Erizū Venetijs uidimus.

In una parte.

109. Augustus uidetur inornatus, læua facie aperto

aperto collo, cum inscriptione à ceruice. AVGVSTVS.

In altera.

Victoria in rostro nauis stans, dextra manu lauream prætendit, sinistra palmam tenet. Inscriptionis nihil reperi. Nummum hunc argenteum uidi Norimbergæ apud D. Georgium Kandlerum LL. doctorem.

In una parte.

110. Augustus uidetur laureatus, læua facie, aperto collo, post ceruicem fulmen adparet. Inscriptio nulla hic adalita fuit.

In altera.

Augustus in sella curuli eburnea sedet, (quæ tota, quanta est adparet, cum ex diametro contra intuentis posita sit) togatus, manu dextra palmiferam Victoriam, e quæ lauream porrigit, tenens, sinistra schedam. Inscriptio lateralis hic habetur. IMP — CAESAR. Nummum hunc argenteum uidimus Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

111. Augustus uidetur inornatus, læua facie, aperto collo, cum inscriptione ceruici adpressa. DIVI F.

In altera.

Pacis simulachrum offendi. Stat ea tutulata, tunicam,

tunicam, patagiumq; indutа, manu dextra olivae porrigens ramum, sinistra lateri adhibita, patagij laciniam colligens, ac cornucopiae habens, Post eum in sinistro angulo legitur, inuersa Literarum serie. IMPER. Nummum hunc argenteum Romae, quod sciam habet D. Julius Calestanus.

In una parte.

112. Augustus conspicitur laeuo aspectu, incoronatus, cum nominis adscriptione. IMP. CAESAR DIVI F.

In altera.

Clypeus cum huiusmodi monumento. M. AGRIPPA COS. DESIG. Supra has literas stella aspiret. Nummus hic argenteus à me aliquando conspectus est apud D. Achillem Maphaeum.

In una parte.

113. Augustus cernitur inornatus, dextrorsum obtuens, nullo ornatus etiam titulo.

In altera.

Victoria in orbem superposita est, uolitante tunica, dextra in caelum sublata, Lauream porrigens, Laeua tenens palmam. Hinc inde. CAESAR DIVI F. Nummus hic argenteus à me apud me domi commonstrabitur.

In una parte.

Augustus

114. Augustus habetur coronatus laurea corona, laeuo ore, cum nominis addita memoria. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Cometes sacer crinitus, quem praecipuè ut fortunatum coluit Augustus, Is ludis, quos Veneri fecit genitrici, adparuit. Hincinde. DIVVS IVLIVS. Nummū hunc argenteum apud me domi seruo.

In una parte.

115. Augustus uidetur galea cristata, laeuo obtutu, inornatus, sine ulla literarum adpressione.

In altera.

Clypeus insignis multis gemmarum circulis, auro incrustatis conspicuus, circum quem in crucis figuram digestae literae leguntur. Suprà. IMP. Ab lateribus. CAE-SAR. infrā. DIVI F. Nummum hunc argenteum apud me domi seruo.

In una parte.

116. Augustus habetur inornatus, ore sinistro. cum sola addita dictione. CAESAR.

In altera.

Taurus pinguis, laeuum itiner ingreditur. Supra eum legitur. AVGVSTVS. Hunc nummum argenteum in bonis suis habet D. Antonius Augustinus Romae.

In una parte.

117. Augustus uidetur aperto capite, laeuo ore, sine additis literis.

In altera.

In altera.

Minerua Pacifera, tunicam induta talarem, Mercurij Petasum gerens alatum capitè, dextra caduceum, læua ante pectus clypeū. À dextris sunt litera. AVGVST. DIVI F. Nummum hunc argenteum habet Roma D. Antonius Augustinus. Romæ

In una parte.

118. Augustus uidetur capitè nudo, læuo ore, sine ulla literarum adnotatione.

In altera.

Apollò nudus, laurea donatus, in rupe sedens, nudus, pretergs quoà è læuo femore uariè fluitet penula, sedemgs uelet, ad pectus lyram tenet. Ad oei humeros à tergo nimirum scutum uidetur. Finc inde. CAESAR DIVI F. Nummum hū argenteum Romæ D. Antonius Augustin. facilè commonstrabit.

In una parte.

119. Triumphali curru quadrijugorum equorum lato clauo insignis Imp. tunicagz picta, una laurum habens, altera lora moderans, ad sinistram uiam inuehitur. Inscriptio infrà posita. IMP. CAESAR.

In altera.

Victoria nauali, in rostro nauis posita est, una manu lauream tenens, altera palmā, ad lauam intentior, imam cuius tunicam

Lewis

leuis uentus inflat. Nec addita est hic ulla litera. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

120. Augustus inornatus habetur, obtutu sinistro, sine ullis literis.

In altera.

Arcus triumphalis, cuius summo fastigio quadriga Victoriæ ad nos muchi uidetur. Ab lateribus in portis dypilis Victoriæ laureas attollunt. Frontispicium tale monumentum habet dedicatorum. S. P. Q. R. IMP. CAE. infrà. L. VINICIVS. Hunc nummum argenteum ego apud me domi adseruo.

In una parte.

121. Augustus uidetur aperto capite, dextra facie, cum talibus literis subter collum adpressis. IMP. CAESAR DIVI F.

In altera.

Eques armatus, thoracatus, paludatus, paludamento latè uentilante, dextra porrecta altè ut pacis nuncius, læua tenens parazonium, celeri equo ad dextram decurrere uidetur. Ea statua Augusto facta, ut ex subscriptione liquet. POPVLI IVSSV. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Petrũ Rames Hispanum Venetijs.

In una

In una parte.

122. Augustus habetur inornatus, læuo obtutu, cum nominis breui epigraphe. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Diana Venatrix, caprinam pellem induta, supra tunicam talarem, læuo itinere decurrit, uisa fera, spe prædæ confirmata, dextram excipiendæ sagittæ ex appensa humeris pharetra, attolens, læua tensum præferens arcu. Hincinde. IMP. XI. Nummum hunc argenteum Romæ apud D. Antonium Augustinum conspeximus.

In una parte.

123. Augustus effigiatur adolescens adhuc, incoronatus, læua facie, cum breui titulo ad ceruicem adpresso, (& subter mentum stella) DIVI F.

In altera.

Corona laurea reperitur: in qua media ē tale monumentum. DIVOS IVLIVS. Nummum hunc argenteum uidi Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

124. Augustus prodit ἀστεφανῶ, hoc est, nullo coronæ ornatu, læuo ore, adolescens adhuc, sine ullis adpressis literis.

In altera.

Trophæum ex Actiaca Victoria reportatū, insigne, amplumq̃. me-herclē, galea, thorax, tela,

tela, pila, scuta, parmæ, clauus, anchora conto infixa appensaq; sunt, imoq; loco in terra rostrum nauis. Hincinde legitur. IMP. CAESAR. Nummum huc argenteum memini me uidisse aliquando apud D. Georgium Romanum Norimberg.

In una parte.

125. Augustus uidetur, læuo obtutu oris, incoronatus, non decoratus ullo titulo.

In altera.

Minerua auerso corpore stat anteriori, ad pubem nuda, dextra galeam commonstrans, cristatam, læua sceptrum argenteum, cubito columnæ innixa: prope quam, retrò deam humi scutum est. Hincinde. CAESAR - DIVI F. Nummum eum argenteum uidi ego aliquando apud D. Achill. Maphæum Romæ.

In una parte.

126. Augustus uidetur aperto capite, sinistra facie, sine ullis literis.

In altera.

Ara fortunæ quadrangula, cuius in mensa duo coniuncti litui adparent, eius in fronte legitur. FORT. RED. CAES. AVG. S. P. Q. R. Nummum eum argenteum apud me domi seruo.

In una parte.

127. Equestris statua, Augusto nimirum posita, togata,

togata, in basi quadrangula, cuius in fronte legitur. S. P. Q. R. IMP. CAES. Vicina est autem portæ Vrbis.

In altera.

Columna ænea, plena amplissimo monumento cernitur, S. P. Q. R. IMP. CAE. QVOD. V. M. S. EX. EA. P. Q. IS. AD. Æ. DE. Circum. L. VINICIVS L. F. IIIVIR. Nummum hunc argenteũ uidi Romæ apud D. Antonium Augustin.

In una parte.

128. Julius Cæsar laureatus, ac M. Antonius sese inuicem intuentur, cum pacis signis inter utrunq; exurgentibus, caduceo, & oleagineo ramulo. Supra eorum frontes cernitur. IMP.

In altera.

Augustus est effigiatus, læuo obtutu, non coronatus, aperto collo, cum titulorum suorũ epigraphe. IMP. CAES. P. F. AVG. TR. POT. Argenteum hunc nummum mihi nobilis quidam Gallus Geneuæ in Allobrogibus commonstrauit.

In una parte.

129. Augustus est laureatus, sinistrorsum intuẽs, cum charactere ad Synciput huiuscemodi X.

In altera.

Augusti imago in basi, erecta, nuda planè; præterquàm quod capite cristatam gerit galeam, dextrorsum intuens, dextra manu telum

telum habet, sinistra parazonium. À tergo diffluit toga. In basi hæc leguntur. S. P. Q. R. V. PRAE. CAES. Circumscriptio. L. MESCENIVS RVFVS. Hunc nummum argenteũ apud D. Gentilem Delphinum ciuem Romanum uidere est.

In una parte.

130. Genius uidetur diadematus, barba prominula, læua facie, cum adscriptione. GENIVS P. R.

In altera

Mars Vltor ad dextram uiam tendit, galeã cristatam indutus, parazonio cinctus, dextra manu telum uibrans, clypeum altè ante pectus subducens, iamiam feriturus obuium hostem. Hinc inde per circulũ. MARS VLTOR. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

31. Cephalicon mulieris, ceu Heroinæ tutulatæ, capillo uariè pexo, monili baccato spectabilis, læuo obtutu, sine ulla literarum nota.

In altera.

Marti similis Imp. Octauianus, dextram uiam carpit armatus, uolitante paludamento, dextra latè porrecta, ueluti pacis nuncium significans, læua tenens transuersam hastam. Hinc inde. CAESAR DIVI F. Nummus hic argenteus

mihi

mihi uisus est Lugduni apud D. Gulielmum Cauelium.

In una parte.

132. Victoriæ effigies pectore tenus expressa, ad Synciput elligato in nodum capillo, læuorsùm passo, obtutu læuo. Ob cuius os est Lrã. e.

In altera.

Neptunus reperitur nudus, Symbone tenuiss. ex humeris per tergum prominula, dextra manu commonstrans Acrostolia, cubito in femur immixus (nam globum pede premit) læua summam tenet fuscinam. Hinc inde. CAESAR DIVI F. Nummum eum argenteum uidimus apud D. Achill. Naphæum Romæ.

In una parte.

133. Victoria in globo stans, ad læuam intenta, una manu lauream porrigit, altera palmam gestat. Inscriptio. DIVI F. AVG. PONT.

In altera.

Manus dextra aperta reperitur. Supra. IMP. CAESARI. infrà. CAESVS IMP. Nummum hunc argenteum nobis aliquando commonstrauit D. Gulielmus Cauelius.

In una parte.

134. Victoriæ imago habetur, gemmata fascio-la capillo collecto & annodato in ceruice, ad sinistram partem respectantis. (inter Augusti recensenda) citra ullũ epigraphes uestigium.

In altera.

In altera.

Leo dextrorsum pergit, ubi legi. IMP. XI. Sub animali. LVGV. Argenteum eum nummum paruum amicus meus summus Amerigius Amerigij Bononien. inter alios multos delineandum obtulit.

In una parte.

135. Caput muliebre, uenusto ore, ad læuam respectante oculo, coronaq; hederacea coronatum, cum huiusmodi circumscriptione. P. PETRO. TVRRILIAN. IIIVIR.

In altera.

Curru sertis undiq; obuincto laureis Imp. Octauianus trabea insigni uestitus, dextra tenens Lauri ramum, læua habenas regens, (elephantorum duorum erant spectaculum est) ad dextram inuehitur uiam. Suprà infràq;. AVGVSTVS CAESAR. Nummum hunc argenteum uidi aliquando Lugduni apud Guliel. Caulium.

In una parte.

136. Ceres ad læuam intuens, triticeam gerens capite coronam, effigiata est. Inscriptio. COS. TERT. DICT. TER.

In altera.

Signa religionis quatuor hoc posita ordine. Simpulum, aspergillum, tricla, lituus. Suprà infràq;. AVGVR PONT. MAX. Huic

nummum

L.

nummum argenteum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacob. Fuccher.

In una parte.

137. Augustus uidetur laurea corona honoratus, læuo ore, cum nominis commendatione. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

Templum Martis Vltoris sphæricum, multis ornatum Trophæis in Zophori ambitu collocatis. In eo medio currus Triumphalis positus est, quo supereminet sceptrum aquilatum, cuius clauo sublato quadrijugi equi supersiliunt. Hinc inde. S. P. Q. R. Nummum hunc argenteum uidi Lugduni apud Carolum à Porta.

In una parte.

138. Augustus conspicitur aperto capite, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Hippopotamus ad læuam uiam incedit, infrà. IMP. X. Nummum hunc argenteum Lugduni apud Carolum à Porta sum conspicatus.

In una parte.

139. Augustus occurrit læuo aspectu, uertice detecto, cum nominis breui encomio. AVGVST. DIVI F.

In altera.

Pannonia

Pannonia superior stat galeata, thoracata, ac tunicata, manu una summam hastã tenens, altera in cetram depressa. Inscriptio. PANNONIA AVG. COLONIA. Hunc nummum argenteum memini me uidisse apud Iulium Romanum Mantua.

In una parte.

140. Augustus cernitur laureatus, laeus obtutu, cum breui nominis elogio. DIVVS AVG.

In altera.

Dextrae coniunctae, caduceum, ac duo copiae cornua tenent. infrà. PAX. Summus hic argenteus Lugduni à me uisus est apud D. Gulielmum Caulium.

Aug.

Aug. Aurea.

In una parte.

1. Augustus effigiatur corona querna coronatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Moderationis typus est. Cancer papilionem in aëra subudare nitentem anterioribus unguibus retinet. Inscriptio. M. DVRMIVS IIIVIR. Hac figura illud significatum uoluit antiquitus, quod in prouerbio dr. Festina lentè. Nummum eum aureum spectabilissimum uidi Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

2. Augustus occurrit laureatus, læuo obtutu, aperto collo, cum ampla adnotatione titulorum. CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE.

In altera.

Triumphum delineatum offendi. Nam Tiberius coronam auream capite gestans, trabeatusq3, curru, Victoriæ signato imaginibus, quadrijugorum equorum sinistra uia rapitur, dextra lauri ramum p̄monstrans, sinistra autem sceptrum, cuius summitate aquila est, tenens.

Inscriptio.

Inscriptio. TI. CAES. AVG. F. TR. POT. XV. Aureum hunc nummum Romæ apud D. Achillem Maphæum uidimus.

In una parte.

3. Augustus effigiatur adolescens adhuc, læuo aspectu, aperto capite, & collo, cum nullo nominis monumento.

In altera.

Capricornus cælestis (cuius ad collum supra tergum cornucopiæ adsparet) sinistrorsum spectans, pedibus globum, clauo affixum tenet. infrà. AVGVSTVS. Hunc nummum aureum memini me uidisse aliquando Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

4. Augustus ponitur laurea insignitus, læuo aspectu, nullo ornatus titulo.

In altera.

Capricornus cælestis, sinistrorsum inclinans habetur, ac ingens post eum stella. Subiectum uerò legitur. AVGVSTVS. Hunc aureum nummum apud D. Antonium Augustinum Romæ memini me uidisse.

In una parte.

5. Augustus in læuam prospiciens, non coronatus, nullis literis annotatis, facilè cognoscitur.

In una

In altera.

Victoria ad inspicientem euolatura, dextrorsum respiciens, globo sphærico imposita, dextra lauream porrigens, labarum humero læuo portat, cum adscriptione' laterali. IMP — CAESAR. Aurei huius nummuli copiam mihi fecit Bilibaldus Incuria, vir integerrimus ciuis Nurimbergensis.

In una parte'.

6. Augustus obuius est, nullo capitis decore ornatus, dextrorsum intuens, cum nouis encomio. S. P. Q. R. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

Fornix altissimè eductus, bipatens, Ab cuiq lateribus circa columnas rostra duo adsparent. Summa coronide' Imp. quadriga ad læuam inuectum, aduolans Victoria laurea donat corona. Gratuitatis monumentum ex literis habes. QVOD VIAE MVN. SVNT. Nummum eum aureum uidi aliquando apud D. Achillem Maphæi Romæ.

In una parte'.

7. Augustus ciuica corona ornatus, ad læuam faciem conuertit, cum huiusmodi epigraphe'. AVGVSTVS cos. xi.

In altera.

M. Agrippæ, corona permixta ornatus, partì rostrata, partim turrita, læuo obtutu. Circum. M. AGRIPPA COS. TERT. COSSVS LENTVLVS. Nummum eum aureum

Antonietus

Antonietus Romanus Antiquarius in suo Musæo ostendere poterit.

In una parte.

8. Augustus depingitur læua facie, sine decore ullo capitis, cum nominis epigraphe. AVGVSTVS DIVI F. Cephalicon hoc corona ambit laurea.

In altera.

Cybeles Sacerdotes duo, coronis turritis coronati, latis clauis insignes, dextris in gremijs ablatis, læuis habentes scipiones ~~habentes~~ eburneos. queis adpedes ara adblitæ sunt. Circumscriptio. C. MANIVS C.F. ENO IIIVIR. Nummum eum aureum vidi aliquando apud Julium Romanum Mantuæ.

In una parte.

9. Augustus læuam intuens, inornatus, nulla adalita inscriptione, conspicienatus est.

In altera.

Victoria bigæ insistens, rapidissimè ab equis rotatæ, ad læuam, ambabus laureampalmam, loraq; tenet. Infrà est titulus. CAESAR DIVI F. Apud dñ Bilibaldū Imcuriam Norimbergensem aureus est hic nummus non adeò amplus.

In una parte.

10. Augustus efigiatur inornatus, sinistra facie, cum nominis commenalatione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

In altera.

Templum Martis Victoris tetrapilon, sphæricum, ternis instratum gradibus, multis signis per ambitum coronæ dispositis ornatum, In aperto mars stat galeatus, una tenens Aquilam signum militare, altera parazonium. Circumde. MARTIS VICTORIS. Nummum hunc aureum sum conspicatus apud Abbatem D. Irenei Lugduni.

In una parte.

11. Augustus cingitur incoronatus, dextro ore, cum nominis elogio. S. P. Q. R. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

Fornix altè præstructus, bipatens, secus viam, ab Augusto restauratus, positus. Summo cuius fastigio Currus elephantorum quatuor adparet, cum Imp. statua, et Victoria comite præmiatrice. Circumscriptio. QVOD VIAE MVN. SVNT. Hunc nummum aureum sum conspicatus apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

12. Augustus cernitur aperto capite, sinistra facie, cum nominis titulo. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Corona

Corona ciuica, cum tali monumento medio. OB CIVIS SERVATOS. Nummum hunc aureum sum conspicatus apud D. Georgium Romanum Norimbergæ.

In una parte.

13. Augustus uidetur imornatus, læuo obtutu, cum nominis adscriptione. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Apollo Actius stat conuersus, tunica talari indutus, dextra plectrum tenens, læua lyram. Sincinde. IMP. X. infrà. ACT. Nummus hic aureus à me uisus est apud D. Achillem Naphæum Romæ.

In una parte.

14. Augustus uidetur imcoronatus, læuo obtutu, Ime ullis literis.

In altera.

Templum, quale inter argenteos à nobis descriptus est, cum figuris in Tympano adornatum dispositis, & Zophori inscriptione. IMP. CAESAR. Pro cuius etiam foribus prastructum est fulcrum, è quo prætereuntes commodè & ociosè spectantur. Nummum hunc aureu uidi apud D. Georgium Romanum Nurimbergæ.

In una parte.

15. Augustus effigiatur aperto capite, imornatq, cum tali

cum tali epigraphe. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Suggestus constructus. In quo in sella curuli sedet toga picta conspicuus Imp. protensa dextra, lauros excipiens, ab tribunis duobus togatis, ensibusq; cinctis, cum ijsdem colloquens. infrà. IMP. X. Nummum eum aureum uidisse me recordor apud . . . . . Venetijs.

In una parte.

16. Augustus effigiatus inornatus, laeuo obtutu, cum adscriptione. AVGVSTVS DIVI F. Ea imago in media est corona laurea.

In altera.

Liuia mediâ inter C. & L. adoptiuos Augusti filios, naturales uerò Agrippæ. Laeuis obtutibus omnes, ac inornati. Supra horum tamen uertices corolla adparet laurea. Inscriptio, C. MANIVS PRO IIVIR. Nummus hic aureus à me conspectus est apud quendam nobilem Bernæ, in Heluetijs.

In una parte.

17. Augustus uidetur aperto capite; laeuo obtutu, cum tali epigraphe. S. P. Q. R. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

Augustus conuersus stat, galeam induitus, dextra tenens Labarum, laeua paratonium,

Tonium, è cuius brachio paludamentum prolabitur sinistro. Circumscriptio. I. O. M. SACR. VOT. P. SVSC. PRO. SAL. ET. RED. Nummum hunc aureum memini me uidisse apud Reñerendiſſimũ Patriarcham Grimanum Venetijs.

In una parte.

18. Augustus habetur inornatus, læuo ore, sine ulla litera adpreſsa.

In altera.

Capricornus ad læuam plagam peruolare uidetur, inter pedes orbem ac gubernaculum retinens, ad cuius tergum prætereà est cornucopiæ. infrà. AVGVSTVS. Nummus hic aureus à me conſpecta est apud D. Achillem Maphæũ Romæ.

In una parte.

19. Augustus habetur aperto capite, inornatus, non adsita ulla epigraphe.

In altera.

Fornix Augusto structus, cuius in fastigio summo quadriga contra spectatorẽ malcitur. Frontispicium tale habet monumentum. IMP. CAESAR. Nummus hic aureus uisus est à me apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

20. Augustus effigiatur laureatus, dextro ore, cum nõis epigraphe. CAESARI AVGVSTO.

In altera.

In altera.

Templum Martis Victoris, sphæricum, per cuius coronam uariæ imagines sunt positæ, & palmæ angulares, termis gradibus instratum. Quo medio signa adparent militaria, inter columnas defixa medias, quæ in summa sunt sex. (quantum à fronte uidere licet ædificium.) Simile. MAN. VLT. Nummum istum aureum memini me uidisse apud Julium Romanum Mantuæ.

In una parte.

21. Augustus uidetur aperto capite, incoronatus, sinistra facie, cum nominis epigraphe. CAESAR AVGVSTVS TR. POT.

In altera.

Ara alta, columnari forma, cuius in fronte legitur. IMP. CAES. AVG. LVD. SAE. F. Ab lateribus. XV. S.F. Circumscriptio. L. MESCINIVS RVFVS IIVIR. Nummus hic aureus ipsius est à me apud D. . . . . Venetijs.

In una parte.

22. Augustus habetur incornatus, dextro ore, sine adiecto titulo.

In altera.

Currus ad pompam funeris, Victoriis circumquaq; decoris causa & bene gestæ defuncti memoriam factus, fastigiatq; habetur,

habetur, à quatuor equis phaleratis tractus. Cius summo fastigij angulo & equi collocati adparent, unà cum trophæo. Imo loco legere est. CAESAR DIVI F. Aureũ hoc numisma mediocri amplitudine D. Bilibaldus Incuria Nurimbergen. nobis commonstrauit.

In una parte.

23. Augustus adhuc puer effigiatur, aperto capite, & collo, sinistrorsum obtuens. Infra cuius collum legitur. CAESAR. Cephalicon hoc in media corona*.... impressũ est.

In altera.

Corona*..... singularis quidem illa, ut cuius in contextu capita bouum inserta adpareant, & patinæ, notæ omnes religionis. In ea media præterea candelabrum sacrum est. Simicinale. AVGVSTVS. Nummum eum aureum ego aliquando apud quendam nobilem Bernæ elegantissimum uidi in Heluetijs

In una parte.

24. Dianæ effigies uidenda est, ad læuam ituræ similis, capillis calamistratis, uelato pectore. A tergum ad humerũ dextrum arcus & pharetra deprehenduntur appensa. Inscriptio nulla penitus adparebat.

In altera.

In altera.

Templi uestibulum deformatum est, gradib. binis, columnis quatuor obsculpturæ, in quo trophæum erectum est, ex spolijs Actiacæ Victoriæ de M. Antonio confectum, utpotè galea, telis decussatis, scuto, thorace, anchora, naue, gubernaculoq;. Topho signatus est hac adscriptione. IMP. CAESAR.

Tympanum triangulum, palmulis, denticulis, lilio ornatum. Centrum Trinacriam impressam habet. Hoc numisma quamuis angustum, aureum tamen Bilibaldus Incuria conciuis meus Norimbergen. mihi commonstrauit.

In una parte

25. Augustus effiguratur auerto capite, læuo obtutu, ob os Legitur. AVGVSTVS.

In altera.

Signifer Romanus nudus, præterquam quòd à dorso sagum prolabitur, geniculato crure dextro uexillum statuit: cui Labarum est appensum. Inscriptio. L. CANINIVS GALLVS IIIVIR. Nummum eum argenteum uidimus Norimbergæ apud D. Bilibaldum Incuriam.

In una parte.

26. Augustus uidetur galeatus, læuo obtutu, togatus, aduerso pectore, ad cuius collum assurgit sceptrum. Inscriptio. CAESAR IIIVIR. R.P.C.

In altera.

In altera.

Signa tria militaria ordine defixa sunt, ut medium sit aquila: post quod trophæum insigne uideo ē scutis, sago militaria galea comparatum. Hincinde. S – C. Hunc nummum argenteum uidi Norimbergæ apud D. Bilibaldum Incuriam.

In una parte.

27. Augustus effigiatus est læuo obtutu, aperto capite, cum nominis monumento infrascripto. AVGVSTVS.

In altera.

Victoria ad pubem nuda, Taurum prostratum dextra cornu retinet, Læua faucem comprimit. Suprà infraq; legitur. ARMENIA CAPTA. Nummum hunc monstrauit Lugduni argenteum quæstor Regius Gronlerius.

Aug.

Aug. Aerea Græca.

In una parte.

1. Augustus ac Liuia contemplantibus occurrunt, summis corporum partibus detectis, byssinis uelamentis ad cælanda pudenda crurum tenus obiectis. Anterior stat Liuia corona circulari, peregrina qdem illa, quam in Augusto descripsimus, ornata, dextra demissa (ut & Augustus, qui sinistra etiam hastam tenet.) patinam tenens, sub qua literæ sunt duæ. X Ω. À sinistris Augusti duæ itidem literæ. . I H.

In altera.

Sphynx deformata est sinistrorsum pergẽs, anterioribus ungulis, ac pedibus rostrũ nauis suppositum premens. Inscriptio non constat. AC . . CAPTA. infrà. TPIA. Hunc nummum æneum grãdem uidimus apud Reuerendiss. D. Grimanum Patriarcham Aquileiensem, dum Venetijs apud eum familiarissimè uersaremur.

In una parte.

2. Augustus uidetur laureatus, læua facie, aperto obuersoq̃ collo, cum media inscriptione . . . . . ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

In altera

M. Antonius depingitur, sinistro aspectu, Leonis pelle capite, humerisq̃ tectus, quae summo pectori illigata est. Inscriptio tota uastata fuit. Nummus iste aeneus spectatae satis amplitudinis Romae à nobis delineatus uisusq̃ est apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

3. Augustus habetur laureatus, laeuo aspectu, cum adscriptis ad guttur his duab. lr̃is. .L.

In altera.

Aeolus uentorum Rex adprimitur barbatus, laurea donatus, sinistro obtutu, sub cuius collo, inferiore loco, cornu geminum oris exurgit. Ex huius ore sinistro imaguncula prodit, alterum cornu inflans, quid, nisi clarorum gestorum Augusti fama in orbem dispersa significatur? Adscriptio ad hanc cephalicam iconem ante retroq̃ haec est. ΑΥΤ. Κ. Τ. Α. Hunc nummum Petrus Rames Hispanus aereum nobis commonstrauit uulgatae amplitudinis Venetijs.

In una parte.

4. Augustus laureatus habetur, sinistra facie, sine inscriptione.

In altera.

Capricorni

m.

Capricorni signum celestis, ad læuam respectans: supra quod notæ sunt characteristicæ. LAH. infrà uero legitur. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Hunc æneum nummum mediocrem apud D. Rinaldum Odonem Venetum. uidi.

In una parte.

5. Augustus uidetur, sinistra facie, laurea redimitus, cum nulla adscriptione.

In altera.

Currus inuersus habetur, ita ut posterior pars summo, anterior, temo scilicet, imo constituatur loco, canthi rotarum axesq; adpareant. Inscriptionis hæc particula superest. ΣΙΛ . . . . . Hunc nummum æneum Petrus Rames Hispanus mediocrem habet Venetijs.

In una parte.

6. Augustus cernitur laureatus, læua facie, aperto collo, cum adscriptione. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Corona Sistri forma, impressa est, cum inscriptione. ΑΡΧΙΕ ΙΑΗΚΟΝ. . . . . cuius maxima pars exæsa est. Sic nummus æreus mediocris apud Petrum Rames Hispanum habetur Venetijs.

In una parte.

7. Augustus prodit radiatus, sinistrorsum obtuens, obuerso collo. Vbi adscriptio desideratur.

In altera.

In altera.

Fiscella uiminea impressa cernitur, ansata, frugibus omnis generis refertissima. Inscriptionis pars interijt, pars adhuc extat, eaq; difficilis. . ΙΟΛΙ . . ΟC. Supra corbem. .XC. Ad latus sinistrum. ΗΛΔΑ. Hunc nummum æreum uulgatæ amplitudinis apud Petrum Dames uidimus Venetijs.

In una parte.

8. Augustus habetur non coronatus, facie læua, collo detecto. Inscriptionis minima partiuncula supererat . . . . . CEB . . . . . .

In altera.

Corona triumphalis ponitur, cum inscriptione mutilata. Λ . . . . ΣΙ ΕΠΙΕΥ . . ΑΝ. ΑΝΤΙ=ΟΧΕΩΝ. Hunc nummum æreum mediocrem habet Petrus Dames Venetijs.

In una parte.

9. Augustus iam senior effigiatus, radiatus, dextrorsum intentis oculis, cum inscriptione dimidia . . . . . ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Templi cernes, binis gradibus, senis columnis Corinthiacis assurgens Vestibulum, laurea corona in Tympani centro incisa ornatum, cum inscriptionis fragmento. . . . . ΠΙΛΕ. Hunc æreum nummum habet Patriarcha Grimanus Venetus.

In una parte.

Augustus

m.ij

10. Augustus sinistra facie, laurea coronatus, pectore auerso conspicitur, absq; ulla inscriptione.

In altera.

Neptunus stat nudus, læua facie, sinistra femori admota, syrmatem, qua pudenda celat, astringens, dextra fuscinam summa tenens. Inscriptio comesta tota fere est. ΣΙΔΟ..... Hinc inde, ante retroq; deum sunt litera hæ. Σ — ΣΣ. Sic nummus æreus mediocri amplitudine est apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

11. Augustus ad læuam intuetur, non coronatus, cum semesa inscriptione..... ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Corona triumphalis expressa, cum adscriptione literarum. Α. ΕΠΙΣΕ ΛΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Hunc nummum æreum mediocri magnitudine Petrus Rames Hispanus nobis commonstrauit Venetijs.

In una parte.

12. Augustus depingitur laureatus, læua facie, sine adscriptione.

In altera.

Corona peregrina, externiq; cultus, circaria ea quidem, sed qua ob tot gemmas singulas,

182

singulas, aut margaritas singulis aciculis exiguo, æquali tamen inter se spatio distantibus impositas, intuenti splendore suo, ac nouitate artificij' aciem oculoru quamuis acutissimam facile tamen hebetent. In hac, literarum puncta sunt, utpote quarum penè maxima interciderit. .... xie .... kona ..... xeie. Nummum hunc æreum mediocrem apud Aeneam Vicum Parmen. uidimus.

In una parte.

13. Augustus cernitur Laureatus, sinistra facie, cum inscriptione corrupta, semesa ..... ΣΕΒΑΕΤΟΣ.

In altera.

Statua muliebris, intuentis oculis opposito corpore, stans, capitulum capite gestans, è quo præterea uelum in inferiora corporis demissum est, expansis ambabus manibus. Literæ lectu difficiles, quia semesæ. ΛΤΥΚΟΝ ΔΙΝ. ΠΟΝΕ.... Sincinde ad humeros. Ξ — Ξ. Sub manu Læua. C. Ξ. Nummum hunc æreum mediocrem apud O. Rinaldum Odonem Venetum conspexi.-

In una parte.

14. Augustus habetur Læua facie, non coronatus, nudo collo, cum adscriptione. PAT. PATR.

In altera.

m. iii.

In altera.

Capra sinistrorsum tendens, Jouem infantem adhuc uberibus lactens. Inscriptio. ΛΗΔ ..... Aereum hunc nummum mediocrem apud Franciscum Venierium aliquãdo Venetijs in manibus habuimus.

In una parte.

15. Augustus ad dextram intuens, sine corona, cum asscriptione ... ΗΡΩΗ Ρ.Π ... ΕΗ= ΝΟΔΗΡΟΕ.

In altera.

Lepidus depingitur, ad sinistram obtuens, cum his literis ante retroq3. Ζ ΞΞ ΛΒ ΗΧ. Hunc æreum habet nummum Patriarcha Grimanus Venetus.

In una parte.

16. Augustus Liuiaq3 contigui adparent, sinistris ambo uultibus, laureatus ille, hæc crispato eleganter capillo, sine ulla epigraphe.

In altera.

Ceruus stat sinistrorsum respectans. Sup quem alte pharetra neglectim iacet, sub eaq3 legitur. ΑΡΧΙΕΡΕ-ΥΣ ΑΕΚΛΑΣ. Ante retroq3 ceruum circa animantis pedes literæ indigestæ sunt. Ε-ΦΕ. ΝΙΚ-ΟΣΤΡ-ΑΤΟΣ. Nummum hunc mediocrem ex ære Corinthio Romæ apud D. Julium Calestanum uidimus.

In una

In una parte.

17. Augustus & Tiberius habentur, sibi mutuo oppositi, laureati, pectoribus auersis, ubi nil nisi principium est inscriptionis. ΑΥΤ.

In altera.

Tiberius in sella sedet curuli, sinistro multu, togatus, dextra hastile; sinistra lauri ramulum tenens, ubi incerta etiam inscriptio est .. Δ. ΜΗΝΟΣ Κ.... Hunc aureum nummum Sebastianus Erizzus Venetus seruat, mulgata amplitudine.

In una parte.

18. Augustus delineatus est, ad dextram intuens, non coronatus, cum inscriptionis minutijs ..... ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Statua est muliebris, uittata, stolataq3, opposito contra nos situ, expansis latè hinc inde manibus. Tu coniice, nos assequi nequiuimus. Adeò corrosus erat nummus, nam inscriptio nec integra tibi datur. ΗΟΝΙΑ. ΜΟΥΣΑΙΟΣ - ΩΝΙΙΣΤ. π τ. Apud Alexandrum Coruinum ex ære hunc habebis Romæ.

In una parte.

19. Augustus depingitur leuo obtutu, detectis capite & collo, cum adscripta ad hinc inde dictione unica. ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Spicæ

m. iiij.

Spica triticea in fasciculum colligatæ, erectæ, cum adscriptione alterius dictionis ad superiorem pertinentis. CERAETOE. Nummum eum æneum nos domi seruamus.

In una parte.

20. Augustus habetur laureatus, læua facie, sine ulla inscriptione.

In altera.

Europam stolatam, pauidam, ut quæ feræ cornu alterum læua corripiat, metu ne excidat, taurus celerrimè uectat, corona florea coronatus, ad sinistram uiam. Dea flameum longissimu, in auras euolitans, in gyrum circularem dextra retinet. infrà. ZIAONISAN. Hunc nummum æneum domi meæ seruo.

In una parte.

21. Augustus cernitur laureatus, læuo obtutu, inscriptio corrosa fuit.

In altera.

Iuppiter adparet Capitolinus, laureatus, læuo ore, Inscriptio ... BAETSE. Nummum hunc æneum domi meæ adseruo.

In una parte.

22. Augustus depingitur aperto capite, læua facie, circa cuius summum pectus situus adparet, ad synciput legitur.

CAESAR.

CAESAR. idq̃ Cephalicon in corona laurea impressum est.

In altera.

Jubæ, Magni Lybiæ regis uultus, densa barba, læuo obtutu, corona laurea coronati, Retro hunc Inscriptio Lybica talibus ferè literis. IOΠ99Ν. Circa ceruicem. Subter collo uerò. LVOSX. Nummum hunc æneum magnum memini me uidere apud Amerigium Amerigij Bononien̄.

In una parte.

23. Corona triumphalis, in qua insunt, Augusti effigies, inornata, læuam intuens, & ob eius os lituus positus. Inscriptioq̃. CAESAR.

In altera.

Juba laureatus, sinistrorsum respiciens, cum Lybica inscriptione. IOΠ99Ν LPOS X. Hunc nummum æreum mediocrem Aeneas Vicus Parmensis Venetijs uidendum nobis obtulit.

In una parte.

24. Augustus uidetur radiatus, dextro ore, aperto collo, cum nonnullis literis Græcis . . . . . CEBA . . . KAI . . .

In altera.

Jubæ Lybici Regis eadem imago, quæ proxiè à nobis descripta est, cum ijsdem literis. Nummum eum æneum memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

25. Caius & Augustus inuicem respiciunt, inornati ambô, apertis collis, cum sua cuiusq; nõis epigraphe. ΚΑΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. ΘΕΟϹ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. Sub ambobus. ϹΕΒΑϹΤΟϹ.

In altera.

Romae simulachrum in basi collocatum, aduersum omninò imintuentem, cristata galea. Aegide, hasta, clypeo munitae, reperitur, media Dea est inter Augusti ac Liuiae imagies mutuum aspicientes. Haec dextro angulo impressa est, capillo undatim contorto, summo occipitio florem, aut quicquid est aliud, corali simile gestans. Ille oppositè occupat angulum, inornatus, obtectis ambô pectoribus. Inscriptio. ΘΕΑ ΡΩΜΗ ΙΕΡΑϹΠΕΙΖΑΝ. Subtus basim. Ν Λ Υ. Hunc nummum mediocrem ex ære Corinthio mihi seruo domi.

Argentea.

Argentea Aug. Laudatiora.

In una parte.

1. Augustus cernitur Laureatus, sinistram intuens partem cæli, & inscriptio huiusmodi. ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ.

In altera.

Antiochiam metropolim, & qua capite habens turritam coronam, stolata, scopulo insidet, læua facie, dextra manu spicam tenens, & molemq; saxi, Triton adnans sustentat, nam huius dextro humero mulieris pes quiescit. Inscriptio. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟΣ. Superius, ex aduerso muliebris frontis, signum est, ceu literæ tales. Α Λ. Sub spica uerò sigillum huiusmodi. ⚓. Nummum hùc argenteum amplum satis Franciscus Venierus Venetus nobis delineatiõis ergò dedit.

In una parte.

2. Augustus habetur, læua facie, aperto capite, cum aspressa cerùici pharetra, & inscriptione huiusmodi circumiecta. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΠΟΛΙΣΩΝ.

In altera.

Templum opere Corinthiaco, termis gradib. octonis columnis assurgit, contrario in contemplantẽ

contemplantem situ, Cuius Tympanum centrali imagine, angularibus lituis, trophæis, supremisq; octijugis equis ornatum est. In adyto quoq; Augusti imago, stylobatæ imposita est. In læuo ædis latere caduceum adpressum uideo. Inscriptio. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΠΑΡΡΑΣ. Argenteum hunc nummum in facultate habet Joannes Achillinus Bononiæ.

In una parte.

3. Augustus effigiatur irradiatus, dextro uultu, aperto collo, cum nominis Epigraphe haud integra. ΑΥΤ. ΚΑΙ. . . ΕΒ. . . .

In altera.

Thetis & Tellus Deæ reperiuntur: sedet hæc nimirum stolam induta, corona ornata turrita, in rupe seu scopulo, dextra spicas tenens, pede utroq; in humerum dextrũ circum adnantis marinæ Deæ, conuersæ, pube tenus ex undis eminentis, dextra scopulo subdita, læua altè iactata, imposito. Terræ marisq; repræsentatio, quæ duo Antiochenses in suis cudebant nummis, idq; Circumscriptio probat. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΝΕΟΣ. Ad frontem sedentis sunt aliæ notæ. ⊼ Α. Supra uerticem nudæ nymphæ. ΧΩΝ. Nummum eum argenteum uidi aliqn apud . . . . . .

Augusti.

Augusti uxores. VII.

SERVILIA. I.

CLAVDIA. II.

SCRIBONIA. III.
Julia eius dē filia.

LIVIAE DRVSILLAE. IIII.
Numisma æneum.

In una parte.

1. Liuiæ est imago, deæ simillima, tutulo insig=
nis, necnon uelata, sinistra facie, cum nom
præclaro elogio. DIVA LIVIA DIVI AVGV. - -

In altera.

Pauo aduersum intuentem, cauda in sublime
elata, superbiens. S. C. circum.
CONSECRATIO. Aereum hunc nummum
uidi Norimbergæ apud D. Georgium Lan=
dlerum. LL. Doctorem.

Iubæ.

Jubæ Mauritaniæ Regis, Numisma Aureum.

In una parte.

1. Juba rex Mauritaniæ effigiatur, gemmata corona coronatus, læua facie, toto pectore eminens, per dextrum eius humerum sceptrum transit. Inscriptio. REX IVBA.

In altera.

Templum Augusto factum, octopylon, insigne quidem illud, multis gradibus fulcitum, triangulari decoratum fastigio. A dextris sunt literæ Lybicæ. [illegible]. Numum eum aureum habet in suis thesauris D. Joannes Jacobus Fuchserus Augustæ Vindelicorum.

EORVM,

EORVM, QVI SVB AVGVSTO VIXERVNT, NVMISMATA.

Et primùm,

M. Agrippæ Cos. Numismata Aerea.

In una parte.

1. Agrippa exprimitur, dextro vultu, inuestita corona, quæ è rostris nauium inter se combinatis oraline, affabrefacta est, coronatus, aperto pectore obliquo. Inscriptio. M. AGRIPPA L. F. COS. III.

In altera.

Pantheon deformatum est, cum Iouis Victoris statua, basi imposita, cui id ædificiũ singulare, (ut quod non aliud Romæ uisum elegantius, aut artificiosius.) dedicauerat M. Agrippa. Hinc male legitur. S-C. Hunc nummum aréũ apud Hugonem Antonium Rubertum, Mutinensem Antiquarium uidimus.

In una parte.

2. Agrippa effigiatur corona *..... donatus læuo ore, aperto collo, cum nominis Epigraphe. M. AGRIPPA L. F. COS. III.

In altera.

Pantheon Romanum, omnibus ædificijs, quæ Romæ instructa sunt & fuerunt, eminentissimum,

eminentissimum & superbius longè, ab Agrippa dedicatum, repræsentatur. Sed ne prolixior fiam, Antiquitatum scriptores consulantur. Id dicere possum, bonam eius partem adhuc extare, non procùl ab D. Eustachij. Hincinde. S-C. Hunc nummum æneum uidi aliquando apud Antonietum Antiquarium Romanum.

In una parte.

3. M. Agrippa depingitur, laurea decoratus, dextra facie, cum adscripto suo nomine. M. AGRIPPA L. F. COS. III.

In altera.

Par boum sinistrorsum pergunt, Horum moderationi, scindendæ terræ togatus Agrip. stiuam solo imprimens, flagelloq; animātia adigens ad opus, præest. Inscriptiōis aliqua pars consumpta est. . . . . ONE F. P. MONTANO. Supra boues legere est. C. C. A. infrà uerò. ĪIVIR. Nummum hunc æneum apud D. Taueram mediocrem uidimus Romæ.

In una parte.

Augusti Numismata, in honorem Caij Lucijq; Adoptiuorum excusa.

In una parte.

1. Augustus uidetur laureatus, obtutu sinistro, cum nominis encomio. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Eques thoracatus, paludamento uolitante, ad sinistram uiam decurrit, dextra paraZonium tenens, Laeua scutum. post quem tria sunt signa militaria. Supra. C. CAES. infra. AVGVS. F. Nummum hunc aureum memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum Romae.

In una parte.

Augustus

2. Augustus cernitur laureatus, sinistra facie, cum nominis elogio. CAESAR AVGVSTVS DIVI F.° PATER PATRIAE.

In altera.

C. Lucijq̃ Cæss. ab Augusto adoptatorum, Agrippæ natorum togatæ statuæ, ad nos conuersæ, defunctis positæ, cum scutis & hastis illorum aureis, in curia repositis. Supra quos adparent medio loco, sympullum & lituus. circumscriptio. C. L. CAESARES AVGVSTI F. COS. DES. PRINC. IVVENT. Hunc nummum aureum sum conspicatus inter Antiquitates Julij Romani Mantuæ.

In una parte.

3. Augustus depingitur aperto capite, cum breui addita Epigraphe. AVGVSTVS DIVI F.

In altera.

Suggestus in læuo angulo quadrangulus extructus. In ea coronatus laurea Imp. ipse sedet, in sella Curuli trabeatus, cum* obsidibus deditiarum Prouinciarũ colloqui uidetur. Accedunt ad eum nimirùm duo togati, parazonijs cincti, dextris latè porrectis laureos ramulos protrudentes, nisi C. & L. adoptiuos dicamus Augusti, ex Armenijs Victoriã reportantes. infrà. IMP. X. Nummum eum uidi ego apud D. Achillem Maphæũ Romæ aureum.

Drusi.

UB Wien
+AM510305304

books2ebooks.eu

www.books2ebooks.eu

eBooks from your library by

eBooks on Demand

digitised by

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK